XXIX C 24

NAZ.
ele III
X

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXIX
C
13
NAPOLI

IX
13

Digitized by Google

Digitized by Google

BASILII VALENTINI
Philoſophi & Chymici Experientiſſimi
Tractatus Chymico-Philoſophicus
DE
REBUS NATURALIBUS ET SUPERNATURALIBUS.
METALLORUM & MINERALIUM.



FRANCOFURTI AD MOENUM
Sumptibus Jacobi Gothofredi Seyler.
M. DC. LXXIX,

Ad Lectorem.

B. L.

Cùm Philoſophi Germanici celeberrimi inq; arte chymica experientiſſimi ſcripta auro contrà cariora, linguâ latinâ donata ſucceſſivè in lucem publicam emittere mihi propoſuiſſem, non ſine cauſa theoretica præmitto, quò nimirum in theoria te priùs exerceas, quàm ad praxin accedas: qui enim absque illa huic animum applicat, in caſſum laborat, qua de re quemq; volui admonitum, ne, prout vulgaris hodierna eaq; deteſtanda fert conſuetudo, omnia ſiniſtrè interpretandi, inque Deo quieſcentes philoſophos calumniandi capiat anſam, utqui non ſui ipſius, ſed noſtri ac poſteritatis gratiâ lucubrationes ſuas nobis reliquerunt; quod ſi bonum ac fidele ſpreveris conſilium, incuria tua veritatem non ſine magno malo experietur. Vale interea, & reliqua, Deô annuente, quamprimùm expecta.

DE REBUS NATURALIBUS ET SUPERNATURALIBUS

Caput Primum.

CUm ſcribendum nunc ſuſceperim de prima tinctura, radice Metallorum ac Mineralium, nec non de ſpiritualibus rebus, quomodo Metalla ac Mineralia primò concipiuntur & corporaliter naſcuntur: ſermonem quendam præmittendum eſſe duxi, quo adaperiam, omnes res in duabus verſari claſſibus, in naturalibus nempè & ſupernaturalibus rebus, quod enim viſibile eſt, comprehenſibile ſuâq; formâ veſtitum, id eſt naturale, quod verò incomprehenſibile ac ſpirituale, ſupernaturale dicitur, utpote quod ſolâ fide apprehendi ac dijudicari debet, ut eſt creatio & potiſſimùm æternitas DEI, infinita, imperſcrutabilis ac immenſa, quam natura non capere neque ratio humana aſſequi poteſt. Hoc igitur ſupernaturale eſt, quod ratio non percipere ſed fide apprehendere debet, & cœleſtis omninò res eſt, quæ ſpectat ad Theologiam, animas judicantem. Porrò ad res ſupernaturales pertinent Angeli DEI, clarificatis

cor-

corporibus præditi, id ex permiſſione creatoris ſui peragentes, quod aliàs in nullius creaturæ viribus conſiſtit, cum opera ipſorum, quæ exhibent, mundo abſcondita ſint, nec minus ſpirituum infernalium opera latent, quæ permiſſu divino ipſis ſunt licita. Inprimis autem magna DEI opera ſupernaturaliter deprehenduntur & cognoſcuntur, quia nullis humanis cogitationibus judicari & comprehendi poſſunt, uti præcipuè eſt ſumma DEI gratia ac beneficentia, quam hominibus amore tactus impertiit, infinitô & imperſcrutabili modo, uti & plura alia miracula per Chriſtum Redemptorem ac Salvatorem noſtrum, in confirmationem omnipotentiæ ac gloriæ ſuæ, variè ac ſæpius edita, ut cùm à morte reſuſcitavit Lazarum, filiolam Jairi, & filium viduæ Nain: Mutis linguam, ſurdis aures, cœcis viſum reſtituit, quæ omnia ſupernaturalia DEI magnalia ſunt, ſicuti & conceptio ejus reſurrectio, deſcenſus ad infernum, aſcenſus in cœlum quàm maximè latent ac nonniſi per fidem patent.

Ad res quoq; ſupernaturales referuntur aſcenſus Eliæ in cœlum & Enochi, raptus item S. Pauli in tertium cœlum. Prætereà res multæ ſupernaturales accidunt per imaginationem, viſiones ac ſomnia, quomodo ſæpius multa miracula per imaginationem prodeunt, quemadmodum verſicolores naſcebantur oves beneficiô variegatorum bacillorum aquæ immiſſorum. Magos in oriente DEUS per ſomnium monebat, ne ad Herodem reflecterent. Quin & ſingulare ac myſticum quid importat numerus perſonarum eorundemq; munerum ternarius, ac ſtella ſupernaturalis.

Nec

Nec naturale fuit ſomnium, quod uxori contigit Pilati, Dominum ac Salvatorem noſtrum Jeſum Chriſtum falsò adjudicantis morti: Viſio illa Angelorum paſtoribus ſub nativitate Chriſti nec non mulieribus ad ſepulchrum ejusdem facta naturalis minimè cenſenda eſt.

Quid? quod plures aliæ res ſupernaturales vaticiniis Prophetarum & Sanctorum ſæpiuſculè accidêre, Vox item aſini Bileamo loquentis naturæ conſentanea non erat, uti & ſomniorum interpretatio Joſephi naturæ vires excedebat, DEUS quoq; ſæpiuſculè miniſterio Angelorum ſuorum ab infinitis malis nos protegit & ex neceſſitatibus atque periculis eripit, quibus aliàs propulſandis naturæ vires non ſufficerent.

Hæc proinde omnia pluraque alia ad Theologiam ſpectant & cœleſtia ſunt, quæ attendere debet anima. Quibus porrò ſuccedunt res ſupernaturales viſibilium creaturarum DEI, veluti perſpicimus in firmamento, Planetis ac ſtellis, ſimul cum Elementis, quæ etiam rationem noſtram ſuperant, curſum tamen eorum per computationis ſpeculationem obſervamus, quæ res doctrinæ eſt Aſtronomicæ. Ejusmodi creaturæ verò operationes ſuas viſibili quidem, incomprehenſibili tamen modo, more magnetico præſtant, ex quibus æquè multa prodeunt miracula, à naturâ longiſſimè aliena. Id a. teneto, quod cœlum influat in terram, terraq; invicem reſpondeat cœlo, etenim terra quoque ſeptem fovet Planetas, qui à ſeptem cœleſtibus generantur, verùm ſpirituali quâdam impreſſione, quandoquidem aſtra omnia gignunt Mineralia, hæc

itaque incomprehenſibili ac ſpirituali modò fiunt, adeoq; ſupernaturalia eſſe videntur, exemplo duorum hominum ſeſe mutuò amantium. Corpus humanum viſibile ac phyſicum eſt, amor verò inviſibilis, ſpiritualis', incomprehenſibilis ac ſupernaturalis magneticæ nonniſi comparandus attractioni, amor etenim inviſibilis per ſpiritualem imaginationem cupidine allectus unicè reſtincta ejus ſedatur ſiti.

Pari modo, quando amor cœli propendet ad terram, terræq; affectio tendit ad hominem, ceu amor macrocoſmi ad microcoſmum, cùm hic ab iſto dependeat, quando jam terra deſiderio inviſibilis imaginationis ſuæ cœli amorem ſibi conciliat, conjunctio exinde reſilit ſuperioris cum inferiore, exemplo maris ac fœminæ, qui ſub uno à nobis finguntur corpore, poſtquam conjunctionem terra per ejusmodi influentiam imprægnata partum edere incipit, prout factus eſt influxus, qui partus deinde poſt conceptionem ab elementis percoquitur & ad perfectionem maturatur, id quod rebus ſupernaturalibus accenſetur & annumeratur, quomodo rei ſupernaturalis operatio in rem naturalem deſcendat.

Inter res quoq; ſupernaturales collocantur omnes Magicæ artes & Cabbaliſticæ, quæ ſcilicet è ve: aturæ lumine procedunt, non eæ, quæ ſuperſtitionē vel illicitam incantatorum conjurationem redolent, ſed ejusmodi Magiam hîc loci intelligo, quâ Magi ex oriente fuere inſtructi, qui ex afflatu divino licitaq; arte judicavere, ex eâ quidem, quam & veteres ante nos obtinuere Ægyptiiq; & Arabes poſſe-

poſſedêre, qui ante inventionem ſcripturæ res per ſigna, characteres ejusq; generis alia notârunt & obſervarunt. Nec uſus harum expiationum vetitus eſt, quem & ipſum Chriſtum adhibuiſſe legimus in ſcripturâ: Et prehendens pueros imponendo manus benedicebat iis. Quod verò in hiſce DEO ejusdemq; verbo contrariatur, meritò repudiandum eſt nec permittendum, quia non à DEO ſed ab ipſo Diabolo fieri certum eſt. Res verò ſupernaturales nec DEO neq; verbo ejuſdem adverſantes ad Magiam referuntur, quæ eſt citra animæ diſpendium.

Viſiones quod attinet, quæ viris DEI ſæpiuſculè contingunt, meritò quoq; locum ſibi vendicant inter res à naturâ alienas. Quicquid enim homo ſpeculando mente aſſequi debet, ſupernaturale eſt, è contra quod homo palpare, cernere & capere poteſt, naturale eſt.

Tertius ordo rerum naturalium & ſupernaturalium in Medicina conſiſtit, in virtute cujusvis rei, quæ Medicina cujuslibet rei prius à ſpeculabili, comprehenſibili ac naturali corpore quodam elicienda & in emendatiorem ſpiritualem & ſupernaturalem operationem provehenda eſt, ut ſpiritus, qui initio corpori ad vivendum infuſus & conceſſus eſt, liberari, & ad operandum penetrari poſſit, ceu ſpiritualis natura & ignis, cui ventilia ſua ſunt relicta, ad ardendum, nec quid ipſi impedimento eſt, quod flagrantem vitam ſuffocare, reſtinguere & intercipere poſſet, quàm alioqui, ſeparatione animæ & ſpiritus à corpore neglectâ, nulla virtualis & commoda

mòda operatio, prout neceſſitas requireret, minimè ſequi poteſt, quicquid enim viſu comprehenſibile ac inſeparatum & corporeum eſt, naturale & corporale exiſtit. Quam primùm verò ſeparatio facta eſt, vitâ à corpore diſcedente, plenam operationem ſuam res ſortitur, Et ſepatato corpore naturali, ſpiritualis natura ad penetrandum liberata inq; ſpiritualem & ſupernaturalem medicinam verſa eſt. Ac breviter, res omnes palpabiles, nullis exceptis, naturales ſunt, in ſupernaturalem verò ſtatum evehendæ, ſi Medicinæ eas deſtinaturi ſumus, ſupernaturale enim ſolùm vivam operandi virtutem includit, naturale verò enectam & ſenſibilem poſſidet formam. Cùm enim Adamus eſſet creatus, exanimis erat nec ullâ ullius virtutis vitâ præditus, ut primum verò vivificus ſpiritus accedebat, vivam virtutem & facultatem ſuam ſupernaturali admiratione prodebat, adeoq; in re qualibet naturale & ſupernaturale quaſi unum quid copulatum & in ſuo domicilio colligatum eſt, quò unicuiq; ſua perfectio conſtet, omnes etenim in hoc univerſo res creatæ quædam ſunt ſupernaturales, ſolas quod animatas & ſpirituales res attinet, quædam verô naturales & ſupernaturales, quod Elementa pariter ac firmamentum concernit, Mineralia item vegetabilia & Animalia, id quod ex generatione innoteſcit, quando anima è corpore egreditur ipſiq; vacuum domicilium relinquit.

Porrò jam animadvertes, Macrocoſmum & microcoſmum è primâ materiâ eſſe conflatum, formatum ac creatum per omnipotentiam in principio, quò ſpiritus Domini æternus ferebatur ſuper aquis,

aquis, Macrocoſmus autem cœlum & terra primùm condebatur, deinde microcoſmus, homo nim. de macrocoſmo formatus, poſtquam aqua à terrâ ſeparata erat, aqua erat materia, ſuper quâ ſempiternus DEI ſpiritus ferebatur. E nobiliſſima terra, ceu quinta ipſius eſſentiâ microcoſmus fingebatur, per aquoſitatem terræ reſiduam, ſed hæc omnia erant naturalia tantûm, poſt calidam inſpirationem verò divinam ſupernaturale illicô interveniebat, adeoq; ſupernaturale & naturale invicem conjungebantur. Macrocoſmus fluxus & caducus eſt, etſi novus conſtituetur mundus, microcoſmus verò æternus, Macrocoſmus deciduus in nihilum redigetur, unde & factus, microcoſmus autem per ſpiritum DEI clarificabitur, quia hic eum poſſidet, & ex priori terrenâ aquâ cœleſtem clarificatam aquam conficiet, tunc apparebit, primam materiam in ultimam & ultimam in primam fuiſſe mutatam. Cauſa verò interitus macrocoſmi eſt, quòd ſpiritus Domini in eo ſedem ſuam ac domicilium mutabit & in microcoſmum transferet. Homo etenim eſt templum SS. niſi ſeipſum contaminet, infernoq; adjudicet, quo ipſo diſcrimen intercedat & DEUS ab ipſo fugiat, quem ad imaginem ſuam condidit & in templum ſibi dedicavit. Præterea omnia quoq; in microcoſmo continẽtur, quæ dantur in macrocoſmo, cœlum nempe & terra cum Elementis, quæque his affinia & è firmamento conjuncta ſunt.

Tria quoq; in primâ creatione, è nihilo facta, orta eſſe deprehendimus, animalem, ſpiritualem & viſibilem eſſentiam, vice fungebantur Mercurialis aquæ & ſulphureæ exhalationis, terreniq;

ſalis. Hæc tria plenum ac perfectum corpus omnium rerum exhibebant. In quo potiſſimum omnia quatuor Elementa perfectè dantur, prout jamdiu in ſcriptis meis, & præcipuê, ubi de microcoſmo tractavi, monui.

Ut verò plura de rebus naturalibus & ſupernaturalibus, ſpiritualibus & corporalibus tradam, accipimus, Cananæam mulierem à ſanguinis profluvio decem annorum fuiſſe ſanatam, ſolo contactu, quò veſtem filii DEI attingebat, cujus quidem morbus naturalis, medicamentum verô ſupernaturale erat, quia fide auxilium à Chriſto impetraverat.

Pariter inſigne & maximê ſupernaturale miraculum ſiſtitur nobis in tribus viris illis, Sadrach, Meſach & Abednego, in igneum fornacem conjectis, juſſu Regis Nebucadnezaris, qui tamen ope divinâ indemnes ac ſalvi exinde liberabantur.

Confuſio itidem linguarum & diverſorum idiomatum introductio, quæ accidebat in extructione turris Babylonicæ, ad cœlum usque tollendæ, ſupernaturalis miraculi nomine cenſebatur.

Porrô ſupernaturale quid erat, quòd Iſraëlitæ more canum, exertâ linguâ aquam ligurire cogebantur, qui cum Midianitis prælium ex mandato DEI committere compellebantur. Sic & emiſſio columbæ ex arcâ Noë, in ſignum gratiæ folium viride oleaginum in ore geſtantis, divina ac ſupernaturalis legatio erat.

Quòd Moyſes vir DEI baculo in duriſſimam petram impacto aquam exinde proliciebat, omnem humanam rationem fugiebat, nec minus naturæ vi-

res

res ſuperabat, cùm aqua ſalſa in dulciſſimum potum abibat: Tranſitus quoque Iſraëlitarum ſiccus per rubrum mare, ut & progerminatio virgulæ Aaronis ſupernaturali modo fiebant.

Et in ſumma, Eruptio Chriſti è ſepulchro obſignato, apparitio illa facta duobus in Caſtellum Emaus euntibus, manifeſtatio per clauſas fores, res divina & ſupernaturalis erat. Multa adhuc alia è ſacro codice poſſent adduci exempla, niſi brevitati eſſet litandum.

Rebus ſupernaturalibus accenſentur omnia fodinarum Metallicarum oſtenta, apparitiones ſpirituum corporales, phaſmata, pygmæi & pumiliones, qui ſæpiuſculè conſpectui ſeſe ſiſtunt, & bonum vel malum portendunt, pernitiem ac opulentiam omnes item Metallorum figuræ impreſſionesq; aliæ, quæ ſub terrâ reperiunrur inter homines, piſces & alias animantes per trium principiorum imaginationem formatæ, à terrâ cæterisq; Elementis maturatæ ac percoctæ, quò etiam pertinent terræ monſtra & ejusmodi res, quæ miris formis dantur ſub terrâ, ſtatis temporibus, extra quæ nullibi aliàs deprehendi poſſunt, licet alio tempore iterum verè appareant, oculisq; noſtris præſententur.

Huc quoq; referuntur omnes viſiones, per aquas, ſpecula, cryſtallos aliaq; media fieri ſolitæ, per ſigilla & characteres, quæ tamen admodum differunt, quædam etenim tantùm ſunt naturales, ſupernaturales tamen viſiones exhibentes, Reliquæ ex incantamentis ortæ neq; naturales neq; ſupernaturales ſed Diabolicæ ſunt, idcirco Magiæ Dæmoniacæ annumerantur, omnibusq; meritò Chriſtia-

nis

nis interdicuntur, jure etiam omnia ea media ſacris literis, verbo DEI ejusdemq; mandato contraria à veris & naturalibus Cabaliſtis reprobantur ac refutantur. Et hoc propterea moneo, ut certum diſcrimen ordoq; certus conſtituatur inter res naturales, ſupernaturales & contra naturales.

Similiter locum inter res ſupernaturales obtinent omnes Najades, Sirenes, Succubi & cæteræ Nymphæ, quæq; affinia ſunt ipſis, Spiritus item terrei iiq;, qui aëri inhabitant, auditui, viſui & tactui ſeſe offerentes, interdum mortem prænunciantes vel aliud malum, quandoque etiam fortunas & gazas certis locis ſignificantes ipſorum apparitionibus, his inſuper accedunt ſpiritus ignei, exhibentes ſe ſub formâ ignis & facis ardentis, qui omnes ſunt ſpiritus incorporei nec tamen infernales, qui hominum animabus tanquam æternis cimeliis inſidiantur, quemadmodum ſtygius Lucifer ejusdemq; cum ipſo excommunicati gregales ſolent, ſed ejusmodi ſunt Spiritus, qui ſupra naturam hominibus in admirationem præſentati unicè ex Elementis aluntur, enutriuntur & paſcuntur ac poſtmodum in hoc terreno mundo deſinunt, unà intereunt & evaneſcunt, redemptâ deſtituti animâ. De hiſce jam plura non addo, ſed ulteriorem eorum tractationem in aliud tempus & commodiorem locum rejicio, ubi de viſionibus & ſpiritualibus illorum apparitionibus ſingularem tractatum concinnabo, quas major mundi pars contranaturales eſſe judicat, cum reverà quidem naturales ſint, ſupernaturales verò quoad operationes miraſq; ipſorum qualitates deprehendantur.

Ut

Ut propoſitum meum magis confirmem, aſſero, quod multæ res in Medicinâ dentur operationem ſuam ſupernaturali modô manifeſtantes & perficientes more tantùm magnetico, per ſpiritualem quandam attractivam virtutem, quæ beneficiô aëris allicitur, quia hic medium eſt inter medicinã & vitium, perinde ſicuti Magnes perpetuò auſtrali ſeſe obvertit aſtro, etiamſi hoc ab iſto vel millia multa milliaria diſtet, nihilominus tamen tanta ſpiritualis operatio & inclinatio hic intercedit, ut mediante hoc vinculo, aëre nimirum, concurrant tantæ diſtantiæ, quoniam verò attractiva ejusmodi virtus vulgò cognita eſt, in nudam abiit conſuetudinem, uniceq; vicem ejus ſuſtinet nec ulla porrò occulta qualitas, unde operans ejusmodi virtus ſuam originem trahit, obſervatur: Pari modô vulnera ac vitia ſanari poſſunt, etſi homo ejusmodi oppreſſus & Medicus longo intervallo ſunt disjuncti, non expiationibus, faſcinis mediisq; aliis illicitis DEO ac naturæ contrariis, ſed iis, in quibus magnetica virtus attractiva latet. Ut ſi vulneratus quidam hinc migrans arma, quibus læſus eſt, vel de egreſſo cruore è vulnere quicquam Medico relinquit, à quo poſtmodum legitima ſanandi media ritè adminiſtrentur, prout cum obligatione vulnerũ fieri ſolet, absque omni dubio firmiter convaleſcet, nec faſcina ſunt, ſed ſanatio ejusmodi unicè conficitur attractivâ medicamenti virtute, quæ mediante aëre vulneri advehitur, ad depurandum vulnus, & perficiendam operationem ſuam ſpiritualem.

Hæc forſan verba plerisq; difficilia & à naturæ viribus aliena eſſe videbuntur, multiq; doctrinam hanc

hanc ceu naturæ omnimodò adverſariam impugnabunt, unde ad graviſſimas altercationes mutuas quam plurimi deſcendent, medela hæc an naturalis necne, poſſibilis an non, vel utrum ſit faſcinatio, ſed controverſia hæc dirimenda eſt hiſce, quòd ea curatio naturalis quidem, modus verò operandi ſupernaturalis ſit ac ſpiritualis, quoniam ſolâ ſit attractivâ quâdam & incomprehenſibili ratione, deinde quod hic curandi modus citra faſcinationem procedat, probatur hôc ipsô, quia cum nullâ faſcinatione nec ullo alio contranaturali medio, DEO creatori ejusdemque verbo reclamanti conjunctus eſt, ſed omninò naturalis, è ſupernaturali ſuâ, inviſibili, incomprehenſibili, ſpirituali & attractiva virtute reſultans, quæ nacta originem ſuam à ſideribus operationem per Elementa perficit.

Tandem curationem hanc à faſcinatione vindicare poſſum, quandoquidem Diabolum lætari potius calamitate ac infortuniô humani generis, quàm ullum ſaluti hominum præſtare ſubſidium conſtat, id quod aliâs ſine indultu divino in ipſius viribus neutiquam conſiſtit. Multa adhuc adjicienda eſſent huic formæ magneticæ, ad evitandos verò errores varios, jam ſubſiſto & ſilentium premo, donec de miraculis mundi naturalibus quædam tradidero.

Craſſa ſac rudia ingenia, Philoſophiæ tamen opinione ſuffarcinata & omnes, qui corruptis ſunt ſenſibus nullum in hiſce norunt diſcrimen, ſapiens verò ac peritus naturalia â ſupernaturalibus facillimè diſtinguere poteſt.

Notet quis ac intueatur hoc ſimile per craſſius

quod.

quoddam exemplum. Multæ dantur animantes, quæ brumali tempore omnis vitæ ſunt expertes, quamprimum verò remeat æſtas, naturalis calor novam gignit vitam, ut reſurgat corpus in eâ ſubſtantiâ, in quâ antea vitalem exeruit motum, perinde ac herba, quæ hyeme emoritur, vere denuò reviviſcit. Interitus proinde harum rerum naturalis judicatur, novæ autem reparatio vitæ per ſuam notitiam ſupernaturalis: Verum enim verò quia homo hiſce rebus omnibus aſſueſcit, minima pars, quæ ulterius ponderanda ac rimanda ſunt, aggreditur, miſſis rebus & naturalibus & ſupernaturalibus.

Siccô etiam pede quamplurimi præterire ſolent hominis indolem, quæ ipſa quoq; ſupernaturalis eſt, monſtra item illa, quæ maculas unà in mundum afferunt, hæc omnia naturalia quidem ſunt ſed ex coortâ imaginatione ſupernaturaliter ſe exhibent, quam ſupernaturalem formam & indolem infantis mater imaginatione ſuâ per accidens impreſſit, uti quidem ſæpius videmus, quòd hominibus quibusdam mores aliqui inditi ſint, quibus nunquam renunciare poſſunt, utut maximopere iis deſueſcere allaborent. Ejusmodi inſita hominis vis naturalis eſt, conceptio in utero matris, quam harum rerum imaginatio præbuit, ſupernaturalis eſt, & obnoxia iis, quæ impreſſit cœlum.

Tandem nec hoc diffiteor, quòd quæ naturæ vires excedunt, inconcuſſis fundamentis ſuis indubiisq; cauſſis nemo ſuffulcire poſſit ad evitandam veritatis injuriam, niſi iis prius cognitis, quæ ex ſuo curſu phyſico nobis innoteſcunt, quippe quæ â ſupernaturalibus ſuum natale ſuamq; formam traxerunt;

runt; Ita poſtmodum fiet, ut perceptis iis, infallibili experimento probatum det, ſe palmam præripuiſſe iis, qui omnem rebus ſupernaturalibus fidem derogant. Confutabit item multorum opiniones, qui de rebus naturalibus diſputantes nec fundamentum capientes nugas nonniſi agunt & contentiones ſuas temerè producunt.

DE Primâ tincturâ ac radice Metallorum.

Caput ſecundum.

UT verò inſtitutum meum, permittente DEO, abſolvam ac doctrinam de primâ tinctura, radice ac generatione Metallorum & Mineralium capeſſam, ſciendum eſt, quòd tinctura ac radix omnium Metallorum etiam ſupernaturalis, volatilis & igneus Spiritus ſit, qui ſe in aëre ſuſtentat, ſuamq; ſedem in aquâ & terrâ naturaliter quærit, ubi quieſcere & operari poſſit. Spiritus hic in omnibus reperitur Metallis, uberiusq; in cæteris quàm in auro, quippe quod ob percoctum, maturatum & fixum corpus ſuum ſolidum firmum atq; compactum eſt, ideoq; præterquam quòd corpus requirit, plus recipere nequit, reliqua autem Metalla fixo ejusmodi deſtituuntur corpore, ſed pori ipſorum patent ac latè diſperſi ſunt, idcircò Spiritus tincturæ eò copioſius penetrare & occupare eos poteſt. Quoniam verò cæterorum Metallorum corpora infixa ſunt, Tinctura quoq; cum vagis corporibus ſubſi-

ſubſiſtere nequit, ſed cedere cogitur. Cum itaque Tinctura auri in nullo uberior exiſtat, quàm in Marte ac Venere, ceu mare & fœminâ, corporibus ipſorum deſtructis, tincturæ ſpiritus inde fugatur, qui recluſum præparatum aurum ſanguine ditat ac per cibum & potum volatiliſat. Hinc volatile aurum, ſuo cibo ac potu ſaturatum, proprium ſangvinem ſuum acquirit, nativo calore ſuo exſiccat, ope ignis vaporei, daturq; mutua quædam victoria, quæ fixitatem conciliat maximam, ut aurum in medicinam maximè fixam abeat, ob ſangvinis redundantiam nullum corpus exhibere queat, niſi viciſſim largiſſimo ipſi corpore addito, ubi ſuperfluus ſangvis fixus diffunditur, quod adjectum corpus Metallicum propter ingentem fixi ſangvinis leonini calorem ut ignis penetratur, ab omni impuritate mundatur & illicò in pleniſſimam maturitatem & fixitatem percoquitur, adeoq; ſervus divitias aggerit ad Dominum, quia hic nil prius de ſuo panno deſiderare poteſt, cùm ipſi natura unicum honoris indumentum elargita ſit, nec minus viciſſim Rex ſatellitibus ſuis è regno, ubi tributum prius à ſubditis ſuis collegit, hæreditatem ac diuturnum veſtitum aulicum diſpenſare poſſit, ut Dominus ac ſervus cohabitare queant. Noli autem mirari, Regem à ſatellitibus ſuis indigere opis mutuæ, in cauſsâ enim eſt corporum ipſorum infixitas multa ſiquidem in ſe recipiunt, ſed parum fidei præſtare poſſunt. Ubi verò particeps ejus rei fieri poteſt Rex, frigus & calorem melius profligare valet, quam impura Metalla. Itaque per ejusmodi receptionem omnium reliquorũ particularis evadit victor cum glorioſiſ-

ſimo triumpho opulentiæ ac valetudinis ad longævam vitam. Credo jam te principii locô de naturali ac ſupernaturali doctrinâ hâc, de prima tinctura radicis Metallorum ac Mineralium ſatis percepiſſe, quibus lapis angularis ſuperſtructus veriſſimaq; petra in genere fundata eſt, ubi natura munera ſua profundè nimis abſtruſit atq; recondidit. In igneis nim. ac tinctis ſpiritibus, quem colorem è cœlo aſtrorum per Elementorum operationem adepta eſt, adeoq; porrò tingere ac fixare potuit, quæ tincta nondum ac fixa erant, cùm luna deſtituatur habitu aureæ coronæ ac fixitate, ut & Saturno, Jovi atque Mercurio. Etſi verò Mars atq; Mercurius minimè opus habeant veſtimento, ſed hoc cæteris quinq; communicare poſſint, dico tamen, eos absq; leone, quoniam ſui Mercurii fixitate ac ſalis ſui ſubtilitate non ſatis inſtructi ſunt, nil præſtare poſſe, quod ad opulentiam faciat, niſi iis in certamine à leone victis, ut utrinque triumphum reportârint, evecti inſuper in emendationem non exiguam, quæ emendatio in ſtellâ ſignatâ vel in magnete ſuo latet, unde ipſa Metalla omnia munera ſua acceperunt. Pergam nunc ad generationem in ſpecie, quomodo Archæus virtutem ſuam exhibet, effundit & in lucem protrahit, undè omnes Metallorum ac Mineralium formæ oculis præſentantur ac per Mineralium incomprehenſibiles ac volatiles igneos ſpiritus formantur ac corpore muniuntur. Propterea jam accipe ita, attende ſtudio, ne obliviſcendo magna amittas, neque utiliſſima prætereas & è contra nudas literas prolixè obſerves, viâ principali neglectâ. Quicquid enim hic ſcribo, vereor, ne maxima

ma pro minimis, & minima pro maximis myſteriis à multis venditentur.

Jam te noſſe oportet, omnibus Metallis ac Mineralibus terræ unam eſſe materiam, unam quoque matrem, unde in genere omnia pleniſſimum natale ſuum & corpoream eſſentiam ſortita ſunt. Ejusmodi v. materia, è centro manans, ſeſe initiô diffundit in tres partes, è quibus rem conſtituat corporalem, cum certâ formâ cujusque Metalli. Hæ tres partes autem per Elementa ſolummodò aluntur ſub terrâ è corpore ipſius, donec perfectionem ſuam acquiſiverint. Materia verò, è centro deſcendens, per ſidera concepta, per Elementa producta, & per rem terrenam formata eſt, cognita certè materia ac vera mater Metallorum ac Mineralium, ea omninò materia atque mater, unde homo ipſe conceptus, natus, conſervatus & córpore indutus eſt, centro omnimodè æquiparanda, quicquid enim in macrocoſmo, id etiam in microcoſmo continetur & vice verſâ. Sic quæ ſimul in macro & microcoſmo exiſtunt, ea quoq; in centro mundi dantur, utpote quod macro- & microcoſmus componit, eſtq; anima quædam, Spiritum cum corpore uniens & copulans. Hæc anima comparatur aquæ, ſicuti & vera omninò eſt aqua, minimè tamen ceu alia aqua humectans, ſed cœleſtis aqua, ſicca ſub metallicâ quâdam & liquidâ ſubſtantiâ, animalis aqua, omnibus amica ſpiritibus, quos corpori ſuo adunat, inq; vitam perfectam congregat. Hinc meritò probatur, quòd aqua ſit omnium Metallorum genitrix, quæ calido igne aëreo ceu ſpiritu ſulphuris incaluit, ut ejusdem coctio corpori terreno

animam indiderit, in quo ſal manifeſtè apparet adverſùs putredinem præſervativum, ne quid per corruptionem abſumatur. Initio itaq; generationis hydrargyrum primò producitur, quod patet adhuc ſuâ cum ſubtili coagulatione, quia parum ipſi ſalis communicatum eſt, hinc ſpirituale potius quàm terrenum exhibet corpus, cætera verò Metalla, quæ omnia ex ipſius ſubſtantiâ prodeunt, & uberiori ſale gaudent, unde animantur, hæc omnia ſequuntur, nunc à ſpiritu Mercurii auſpicor.

DE
Spiritu Mercurii.

Caput tertium.

QUamvis peculiari ſtylo aſſuetus ſim, qui plerisq; mirus eſſe videbitur, cauſæ tamen ſatis eſt, ut experientiæ ſc. meæ inhæream, miſſis omnibus nugis, quia meam fugiunt ſcientiam & oculi auribus ſemper prævalent veritasq; mendacio nunquam non palmam præripit. Aſſero proinde, res omnes viſibiles ac comprehenſibiles è ſpiritu Mercurii eſſe conflatas, qui rebus omnibus terrenis hujus univerſi præfertur, cuiq; omnia ſuam debeat originem. In eo enim reperitur, quod omnia præſtare poteſt artisq; cultor expetit. Principium eſt operandi Metalla, poſtquam in ſpiritualem abiit eſſentiam, quæ purum putum venenum eſt, ultrò citroq; volans, absq; aliis, ventus eſt agitans, qui è ſuo domicilio exactus à Vulcano truditur in chaos ſuum, in quod regreditur ac reſolvitur in Elementa,

ta, ubi attrahitur à ſideribus, virtute magneticâ, ex amore, unde egreſſus anteà & productus eſt,quia deſideriô ſui ſimilis tenetur. Si verò Spiritus hic Mercurii prehendi & corporeus reddi poteſt, in corpus reſolvitur, inq; aquam puram & limpidam abit, quæ ſpiritualis aqua & prima Mercurialis radix eſt Mineralium atque Metallorum, ſpiritualis, inſenſibilis, incombuſtibilis, absque omni mixtione terreæ aquoſitatis; eſtque cœleſtis aqua, de quà quamplurima ſcripta extant, hoc enim Mercurii ſpiritu ſine omni corroſivo infringi, recludi inque primam materiam reſolvi poſſunt omnia Metalla, ubi opus eſt, Spiritus hic reſtaurativus eſt hominum & pecudum, perinde ut aquila, omnia conſumit vitia, ſuamque ætatem longiſſimè prorogat. Spiritus hicMercurii cæterarum mearum principalis eſt clavis, de quibus initio ſcripſi, hinc exclamabo: Accedite benedicti, ut ungamini oleo & aquâ recreemini; corpora veſtra aromatibus condite, ut putredo ac fœtor arceatur. Cœleſtis enim aqua principium eſt & oleum medium, ubi non ardet, è ſpirituali quippe confectum ſulphure. Et ſalarius balſamus corporeus eſt, qui aquæ beneficio olei unitur, quâ de re poſteâ pluribus dicam, ſi de iis quædam tradidero atque notavero.

HujusMercurii ſpiritus eſſentiam, materiam ac formam ut prolixius exponam, affirmo, eſſentiam ipſius eſſe beatam, materiam ſpiritualem & formam terrenam, quod incomprehenſibili tamen modò quodam accipiendum eſt, hæc acuta quidem ſunt verba, multiq; ſermonem,

meum crambcn ſæpius coctam & mira eloquia miras cogitationes gignentia vocabunt, verum hoc eſt, mira omninò ſunt, hinc & miros homines requirent, qui ſenſum aſſequantur, ſcriptum id non ruſticis prodeſt, quomodo axes ungant, nec quicquam confert iis, qui artis planè ſunt rudes, tametſi eruditionis perſuaſione quàm maximè ſint tumidi. Is ſolus doctus mihi videtur, qui curâ verbi divini habitâ res terrenas ratione dijudicandas verâ cognitione rimans è luce tenebras dignoſcere poteſt, malo â bono ſequeſtrato.

Initium ergò quod concernit ſpiritus hujus hydrargyri, ſcire tibi non expedit, modô obſerves, initium ejus eſſe ſupernaturale, è ſideribus ac elementis inde â creatione ipſi conceſſum, ut rem ingrediatur terrenam. Id quia eſt neceſſarium, prout monui, cœleſtia relinque animæ, fideq; apprehende, mitte etiam ſiderea, quoniam impreſſiones ejusmodi ſidereæ inviſibiles & incomprehenſibiles ſunt. Elementa ſpiritum quoq; per nutrimentum jam ediderunt in lucem, idcirco & ea prætermitte, ſiquidem nemo præter DEUM Elementa producere poteſt, unicè tuo elaborato ſpiritui innitere jam formæ participi & formæ experti, comprehenſibili ac incomprehenſibili, viſibiliter tamen præſentato, ſic primæ materiæ ſat habebis, unde omnia Metalla ac Mineralia nata ſunt, res una eſt & ejusmodi materia, quæ ſulphuri ſequentis capitis unitur ac cum ſale quinti capitis coagulationem ingreditur, ut corpus inde reſultet perfectaq; Medicina omnium Metallorum, quæ non tantùm in terrâ, tanquam in macrocoſmo initio generet, ſed & ope

vapo-

vaporei corporis transmutet unâ cum augmentatione in microcoſmo. Noli proinde mirari, quæ Altiſſimus permiſit & natura molitur.

Non defore arbitror, à quorum fide hæc prorſus aliena erunt, qui myſteria ejusmodi ab intellectu ipſorum remota ſpernent ac vituperabunt, maneant illi rudes aſini ac inſipidi homines, donec illuminatio ſequatur, quæ circa voluntatem DEI nulli conceditur, ſed usq; ad ejusdem permiſſum ſuſpenditur. Verùm gnari ac rerum periti homines multo vultus ſudore defuncti me teſtimoniis ſuis non defraudabunt veritatemq; ita conſolidabunt ut reverâ approbaturi ſint omnia ſcripta mea& tàm vera judicari, quàm verè cœlum & infernus electis cum damnatis pro merito mali ac boni propoſitus eſt. Jam non ſola ſcribo manu, ſed mentis ac cordis impulſu, quòd multi ementiti & arrogantiſſimi Doctores myſteria hæc odio, invidiâ, convitio, probro ac contumeliâ extremè conſectentur, ad intimã usq; medullam inceſſentes, quæ principium & originem ſuam è centro petit, ſed certò novi tempus aliquando venturum, cum oſſa mea medullis jamdudum marcuerint, quo homines me in ſepulchro vindicare & libenter, ſi fieri poſſet, â mortuis reſuſcitare vellent, ſed fruſtra: quare ſcripta mea ipſis reliqui, quibus fides ipſorum veritatis ſignaculum habebit, teſtandi de voluntate meâ ſupremâ, quam pauperibus omnibusque myſteriorum cultoribus non invidi quamvis minimè competiiſſet mihi tot edere ſcripta, citra læſionem, tamen animæ non potui, quin oculi ictum per nubem mitterem, ut dies obſervari & obſcura nox cum turbidâ & caliginoſâ tempeſtate pelli poſſit.

Jam

Jam quomodo Archæus in ſuâ operatione pergat beneficio ſpiritus Mercurii in terra ejusdem vè viſceribus, habeto, quod ſimul ac ſpirituale ſemen impreſſione ſiderum ſupernâ conceptum ac per Elementa enutritum eſt, ſperma hoc illicò natum inque Mercurialem aquam verſum ſit, quemadmodum initio quoq; Macrocoſmus è nihilo condebatur, quod enim ſpiritus ferebatur ſuper aquis, calor quidam cœleſtis aqueam creaturam frigidam terreſtrem animare tenebatur, in macrocoſmo virtus regnabat divina cœleſtiumq; luminarium operatio, in microcoſmo itidem virtus ſuprema visq; beneficio diviniſſimi & ſanctiſſimi ſpiritus ſui in terrâ operandi regimen ſuſtinebit. Porrò media perficiendi ea cuncta omnipotens conſtituebat, ut una creatura in alteram influendi facultatem acciperet, unumque alterum promoveret in perficientis Domini operibus. Ita terræ per cœli luminaria influentia quædam concedebatur ad generandum, internus item calor ad fovendum ac percoquendum, quod terræ nimium frigus afferebat ob aquoſitatem ſuam unicuiq; omninò creaturæ ſingulare genus ſecundum ſpeciem ſuam, ut eâ ratione ſubtilis quædam exhalatio per cœlum ſidereum eliceretur, non vulgaris ille, ſed clarificatus ac purus vapor, ab aliis ſeparatus, qui cùm Mercuriali ſubſtantiâ ſeſe conjungit, cujus caloris proprietate per diuturnum tempus humiditas tàm evidenter exſiccatur, quando autem animalis proprietas accedit, quæ corpus ac balſamum exhibet conſervationi priusq; ſpirituali ac ſidereo influxu terram attingit, Metallorũ generatio inde exiſtit, prout ergò ſe habet permiſtio

trium

trium principiorum, quodque ex tribus hiſce maximam partem ſibi acquirit, ita & corpus producitur. Quod ſi ſpiritus Mercurii deſuper feratur ad Animalia, animalis quoque natura inde reſultat, ſi ad vegetabilia per conceſſionem ſuam tendat, res exinde vegetabilis ſurgit, ſi verò infuſa ipſius natura ad Mineralia proclivis ſit, Mineralia atq; Metalla inde naſcuntur, quodvis tamen ſuo cum diſcrimine, prout elaborantur. Animalia per ſe, vegetabilia aliâ ratione ac formâ per ſe, Mineralia item per ſe, unumquodq; ſingulari quâdam viâ, de quibus omnibus multa in ſpecie conſcribenda & ſeorſim quàm plurima tradenda eſſent.

Hic quis fortè nec immeritò interrogabit, quomodo ejuſmodi ſpiritus Mercurii obtinendus elaborandusvè, quâ ratione ac viâ præparandus ſit, ut morbos fugare, omniaque ſequiorum Metallorum genera in microcoſmo quaſi generanda, per transmutationem & augmentationem ſeminis poſſit alterare, quæſtionis hujus reſponſionem non pauci forſan avidè expectabunt, quam ipſos non celabo, ſed fideliter docebo, quantum mihi quidem mandatu divino atque judicio permiſſum eſt, hac ratione, ℞. In nomine Domini, rubeum hydrargyrũ, cinnabaris colorem referens, cum auro optimo, cujusquidem tibi copia erit, hæc anaticè conjunctim tere, antequam ignem experta ſunt, ſuperfunde oleum Mercurii, per ſe confectum è vulgari, purificato ac ſublimato hydrargyro, colloca ad digerendũ per unum menſem, ſic extractionem poſſidebis cœleſtem magis quàm terreſtrem, hanc lentè diſtilla in Balneo Mariæ & phlegmata exibunt, gravi oleo derelicto in fundo, quod omnia Metalla in momen-

nis interdicuntur, jure etiam omnia ea media ſacris literis, verbo DEI ejusdemq; mandato contraria à veris & naturalibus Cabaliſtis reprobantur ac refutantur. Et hoc propterea moneo, ut certum diſcrimen ordoq; certus conſtituatur inter res naturales, ſupernaturales & contra naturales.

Similiter locum inter res ſupernaturales obtinent omnes Najades, Sirenes, Succubi & cæteræ Nymphæ, quæq; affinia ſunt ipſis, Spiritus item terrei iiq;, qui aëri inhabitant, auditui, viſui & tactui ſeſe offerentes, interdum mortem prænunciantes vel aliud malum, quandoque etiam fortunas & gazas certis locis ſignificantes ipſorum apparitionibus, his inſuper accedunt ſpiritus ignei, exhibentes ſe ſub formâ ignis & facis ardentis, qui omnes ſunt ſpiritus incorporei nec tamen infernales, qui hominum animabus tanquam æternis cimeliis inſidiantur, quemadmodum ſtygius Lucifer ejusdemq; cum ipſo excommunicati gregales ſolent, ſed ejusmodi ſunt Spiritus, qui ſupra naturam hominibus in admirationem præſentati unicè ex Elementis aluntur, enutriuntur & paſcuntur ac poſtmodum in hoc terreno mundo deſinunt, unà intereunt & evaneſcunt, redemptâ deſtituti animâ. De hiſce jam plura non addo, ſed ulteriorem eorum tractationem in aliud tempus & commodiorem locum rejicio, ubi de viſionibus & ſpiritualibus illorum apparitionibus ſingularem tractatum concinnabo, quas major mundi pars contranaturales eſſe judicat, cum reverà quidem naturales ſint, ſupernaturales verò quoad operationes miraſq; ipſorum qualitates deprehendantur.

Ut propoſitum meum magis confirmem, aſſero, quod multæ res in Medicinâ dentur operationem ſuam ſupernaturali modô manifeſtantes & perficientes more tantùm magnetico, per ſpiritualem quandam attractivam virtutem, quæ beneficiô aëris allicitur, quia hic medium eſt inter medicinā & vitium, perinde ſicuti Magnes perpetuò auſtrali ſeſe obvertit aſtro, etiamſi hoc ab iſto vel millia multa milliaria diſtet, nihilominus tamen tanta ſpiritualis operatio & inclinatio hic intercedit, ut mediante hoc vinculo, aëre nimirum, concurrant tantæ diſtantiæ, quoniam verò attractiva ejusmodi virtus vulgò cognita eſt, in nudam abiit conſuetudinem, uniceq; vicem ejus ſuſtinet nec ulla porrò occulta qualitas, unde operans ejusmodi virtus ſuam originem trahit, obſervatur: Pari modô vulnera ac vitia ſanari poſſunt, etſi homo ejusmodi oppreſſus & Medicus longo intervallo ſunt disjuncti, non expiationibus, faſcinis mediisq; aliis illicitis DEO ac naturæ contrariis, ſed iis, in quibus magnetica virtus attractiva latet. Ut ſi vulneratus quidam hinc migrans arma, quibus læſus eſt, vel de egreſſo cruore è vulnere quicquam Medico relinquit, à quo poſtmodum legitima ſanandi media ritè adminiſtrentur, prout cum obligatione vulnerū fieri ſolet, absque omni dubio firmiter convaleſcet, nec faſcina ſunt, ſed ſanatio ejusmodi unicè conficitur attractivâ medicamenti virtute, quæ mediante aëre vulneri advehitur, ad depurandum vulnus, & perficiendam operationem ſuam ſpiritualem.

Hæc forſan verba plerisq; difficilia & à naturæ viribus aliena eſſe videbuntur, multiq; doctrinam hanc

hanc ceu naturæ omnimodò adverſariam impugnabunt, unde ad graviſſimas altercationes mutuas quam plurimi deſcendent, medela hæc an naturalis nec ne, poſſibilis an non, vel utrum ſit faſcinatio, ſed controverſia hæc dirimenda eſt hiſce, quòd ea curatio naturalis quidem, modus verò operandi ſupernaturalis ſit ac ſpiritualis, quoniam ſolâ fit attractivâ quâdam & incomprehenſibili ratione, deinde quod hic curandi modus citra faſcinationem procedat, probatur hôc ipsô, quia cum nullâ faſcinatione nec ullo alio contranaturali medio, DEO creatori ejusdemque verbo reclamanti conjunctus eſt, ſed omninò naturalis, è ſupernaturali ſuâ, inviſibili, incomprehenſibili, ſpirituali & attractiva virtute reſultans, quæ nacta originem ſuam à ſideribus operationem per Elementa perficit.

Tandem curationem hanc à faſcinatione vindicare poſſum, quandoquidem Diabolum lætari potius calamitate ac infortuniô humani generis, quàm ullum ſaluti hominum præſtare ſubſidium conſtat, id quod aliâs ſine indultu divino in ipſius viribus neutiquam conſiſtit. Multa adhuc adjicienda eſſent huic formæ magneticæ, ad evitandos verò errores varios, jam ſubſiſto & ſilentium premo, donec de miraculis mundi naturalibus quædam tradidero.

Craſſa ac rudia ingenia, Philoſophiæ tamen opinione ſuffarcinata & omnes, qui corruptis ſunt ſenſibus nullum in hiſce norunt diſcrimen, ſapiens verò ac peritus naturalia â ſupernaturalibus facillimè diſtinguere poteſt.

Notet quis ac intueatur hoc ſimile per craſſius

quod·

quoddam exemplum. Multæ dantur animantes, quæ brumali tempore omnis vitæ ſunt expertes, quamprimum verò remeat æſtas, naturalis calor novam gignit vitam, ut reſurgat corpus in eâ ſubſtantiâ, in quâ antea vitalem exeruit motum, perinde ac herba, quæ hyeme emoritur, vere denuò reviviſcit. Interitus proinde harum rerum naturalis judicatur, novæ autem reparatio vitæ per ſuam notitiam ſupernaturalis: Verum enim verò quia homo hiſce rebus omnibus aſſueſcit, minima pars, quæ ulterius ponderanda ac rimanda ſunt, aggreditur, miſſis rebus & naturalibus & ſupernaturalibus.

Siccô etiam pede quamplurimi præterire ſolent hominis indolem, quæ ipſa quoq; ſupernaturalis eſt, monſtra item illa, quæ maculas unà in mundum afferunt, hæc omnia naturalia quidem ſunt ſed ex coortâ imaginatione ſupernaturaliter ſe exhibent, quam ſupernaturalem formam & indolem infantis mater imaginatione ſuâ per accidens impreſſit, uti quidem ſæpius videmus, quòd hominibus quibusdam mores aliqui inditi ſint, quibus nunquam renunciare poſſunt, utut maximopere iis deſueſcere allaborent. Ejusmodi inſita hominis vis naturalis eſt, conceptio in utero matris, quam harum rerum imaginatio præbuit, ſupernaturalis eſt, & obnoxia iis, quæ impreſſit cœlum.

Tandem nec hoc diffiteor, quòd quæ naturæ vires excedunt, inconcuſſis fundamentis ſuis indubiisq́; cauſſis nemo ſuffulcire poſſit ad evitandam veritatis injuriam, niſi iis prius cognitis, quæ ex ſuo curſu phyſico nobis innoteſcunt, quippe quæ â ſupernaturalibus ſuum natale ſuamq́; formam traxerunt;

runt; Ita poſtmodum fiet, ut perceptis iis, infallibili experimento probatum det, ſe palmam præripuiſſe iis, qui omnem rebus ſupernaturalibus fidem derogant. Confutabit item multorum opiniones, qui de rebus naturalibus diſputantes nec fundamentum capientes nugas nonniſi agunt & contentiones ſuas temerè producunt.

DE
Primâ tincturâ ac radice Metallorum.

Caput ſecundum.

UT verò inſtitutum meum, permittente DEO, abſolvam ac doctrinam de primâ tinctura, radice ac generatione Metallorum & Mineralium capeſſam, ſciendum eſt, quòd tinctura ac radix omnium Metallorum etiam ſupernaturalis, volatilis & igneus Spiritus ſit, qui ſe in aëre ſuſtentat, ſuamq; ſedem in aquâ & terrâ naturaliter quærit, ubi quieſcere & operari poſſit. Spiritus hic in omnibus reperitur Metallis, uberiusq; in cæteris quàm in auro, quippe quod ob percoctum, maturatum & fixum corpus ſuum ſolidum firmum atq; compactum eſt, ideoq; præterquam quòd corpus requirit, plus recipere nequit, reliqua autem Metalla fixo ejusmodi deſtituuntur corpore, ſed pori ipſorum patent ac latè diſperſi ſunt, idcircò Spiritus tincturæ eò copioſius penetrare & occupare eos poteſt. Quoniam verò cæterorum Metallorum corpora infixa ſunt, Tinctura quoq; cum vagis corporibus

ſubſi-

ſubſiſtere nequit, ſed cedere cogitur. Cum itaque Tinctura auri in nullo uberior exiſtat, quàm in Marte ac Venere, ceu mare & fœminâ; corporibus ipſorum deſtructis, tincturæ ſpiritus inde fugatur, qui recluſum præparatum aurum ſanguine ditat ac per cibum & potum volatiliſat. Hinc volatile aurum, ſuo cibo ac potu ſaturatum, proprium ſangvinem ſuum acquirit, nativo calore ſuo exſiccat, ope ignis vaporei, daturq; mutua quædam victoria, quæ fixitatem conciliat maximam, ut aurum in medicinam maximè fixam abeat, ob ſangvinis redundantiam nullum corpus exhibere queat, niſi viciſſim largiſſimo ipſi corpore addito, ubi ſuperfluus ſangvis fixus diffunditur, quod adjectum corpus Metallicum propter ingentem fixi ſangvinis leonini calorem ut ignis penetratur, ab omni impuritate mundatur & illicò in pleniſſimam maturitatem & fixitatem percoquitur, adeoq; ſervus divitias aggerit ad Dominum, quia hic nil prius de ſuo panno deſiderare poteſt, cûm ipſi natura unicum honoris indumentum elargita ſit, nec minus viciſſim Rex ſatellitibus ſuis è regno, ubi tributum prius à ſubditis ſuis collegit, hæreditatem ac diuturnum veſtitum aulicum diſpenſare poſſit, ut Dominus ac ſervus cohabitare queant. Noli autem mirari, Regem à ſatellitibus ſuis indigere opis mutuæ, in cauſsâ enim eſt corporum ipſorum infixitas multa ſiquidem in ſe recipiunt, ſed parum fidei præſtare poſſunt. Ubi verò particeps ejus rei fieri poteſt Rex, frigus & calorem melius profligare valet, quam impura Metalla. Itaque per ejusmodi receptionem omnium reliquorũ particularis evadit victor cum glorioſiſ-

ſimo triumpho opulentiæ ac valetudinis ad longævam vitam. Credo jam te principii locô de naturali ac ſupernaturali doctrinâ hâc, de prima tinctura radicis Metallorum ac Mineralium ſatis percepiſſe, quibus lapis angularis ſuperſtructus veriſſimaq; petra in genere fundata eſt, ubi natura munera ſua profundè nimis abſtruſit atq; recondidit. In igneis nim. ac tinctis ſpiritibus, quem colorem è cœlo aſtrorum per Elementorum operationem adepta eſt, adeoq; porrò tingere ac fixare potuit, quæ tincta nondum ac fixa erant, cùm luna deſtituatur habitu aureæ coronæ ac fixitate, ut & Saturno, Jovi atque Mercurio. Etſi verò Mars atq; Mercurius minimè opus habeant veſtimento, ſed hoc cæteris quinq; communicare poſſint, dico tamen, eos absq; leone, quoniam ſui Mercurii fixitate ac ſalis ſui ſubtilitate non ſatis inſtructi ſunt, nil præſtare poſſe, quod ad opulentiam faciat, niſi iis in certamine à leone victis, ut utrinque triumphum reportârint, evecti inſuper in emendationem non exiguam, quæ emendatio in ſtellâ ſignatâ vel in magnete ſuo latet, unde ipſa Metalla omnia munera ſua acceperunt. Pergam nunc ad generationem in ſpecie, quomodo Archæus virtutem ſuam exhibet, effundit & in lucem protrahit, undè omnes Metallorum ac Mineralium formæ oculis præſentantur ac per Mineralium incomprehenſibiles ac volatiles igneos ſpiritus formantur ac corpore muniuntur. Propterea jam accipe ita, attende ſtudio, ne obliviſcendo magna amittas, neque utiliſſima prætereas & è contra nudas literas prolixè obſerves, viâ principali neglectâ. Quicquid enim hic ſcribo, vereor, ne maxima

ma pro minimis, & miuima pro maximis myſteriis à multis venditentur.

Jam te noſſe oportet, omnibus Metallis ac Mineralibus terræ unam eſſe materiam, unam quoque matrem; unde in genere omnia pleniſſimum natale ſuum & corpoream eſſentiam ſortita ſunt. Ejusmodi v. materia, è centro manans, ſeſe initiô diffundit in tres partes, è quibus rem conſtituat corporalem, cum certâ formâ cujusque Metalli. Hæ tres partes autem per Elementa ſolummodò aluntur ſub terrâ è corpore ipſius, donec perfectionem ſuam acquiſiverint. Materia verò, è centro deſcendens, per ſidera concepta, per Elementa producta, & per rem terrenam formata eſt, cognita certè materia ac vera mater Metallorum ac Mineralium, eà omninò materia atque mater, unde homo ipſe conceptus, natus, conſervatus & córpore indutus eſt, centro omnimodè æquiparanda, quicquid enim in macrocoſmo, id etiam in microcoſmo continetur & vice versâ. Sic quæ ſimul in macro & microcoſmo exiſtunt, ea quoq; in centro mundi dantur, utpote quod macro- & microcoſmus componit, eſtq; anima quædam, Spiritum cum corpore uniens & copulans. Hæc anima comparatur aquæ, ſicuti & vera omninò eſt aqua, minimè tamen ceu alia aqua humectans, ſed cœleſtis aqua, ſicca ſub metallicâ quâdam & liquidâ ſubſtantiâ, animalis aqua, omnibus amica ſpiritibus, quos corpori ſuo adunat, inq; vitam perfectam congregat. Hinc meritò probatur, quòd aqua ſit omnium Metallorum genitrix, quæ calido igne aëreo ceu ſpiritu ſulphuris incaluit, ut ejusdem coctio corpori terreno

animam indiderit, in quo ſal manifeſtè apparet adversùs putredinem præſervativum, ne quid per corruptionem abſumatur. Initio itaq; generationis hydrargyrum primò producitur, quod patet adhuc ſuâ cum ſubtili coagulatione, quia parum ipſi ſalis communicatum eſt, hinc ſpirituale potius quàm terrenum exhibet corpus, cætera verò Metalla, quæ omnia ex ipſius ſubſtantiâ prodeunt, & uberiori ſale gaudent, unde animantur, hæc omnia ſequuntur, nunc à ſpiritu Mercurii auſpicor.

DE
Spiritu Mercurii.

Caput tertium.

QUamvis peculiari ſtylo aſſuetus ſim, qui pleriſq; mirus eſſe videbitur, cauſæ tamen ſatis eſt, ut experientiæ ſc. meæ inhæream, miſſis omnibus nugis, quia meam fugiunt ſcientiam & oculi auribus ſemper prævalent veritasq; mendacio nunquam non palmam præripit. Aſſero proinde, res omnes viſibiles ac comprehenſibiles è ſpiritu Mercurii eſſe conflatas, qui rebus omnibus terrenis hujus univerſi præfertur, cuiq; omnia ſuam debeat originem. In eo enim reperitur, quod omnia præſtare poteſt artisq; cultor expetit. Principium eſt operandi Metalla, poſtquam in ſpiritualem abiit eſſentiam, quæ purum putum venenum eſt, ultrò citroq; volans, abſq; aliis, ventus eſt agitans, qui è ſuo domicilio exactus à Vulcano truditur in chaos ſuum, in quod regreditur ac reſolvitur in Elementa,

ta, ubi attrahitur à ſideribus, virtute magneticâ, ex amore, unde egreſſus anteà & productus eſt, quia deſideriô ſui ſimilis tenetur. Si verò Spiritus hic Mercurii prehendi & corporeus reddi poteſt, in corpus reſolvitur, inq; aquam puram & limpidam abit, quæ ſpiritualis aqua & prima Mercurialis radix eſt Mineralium atque Metallorum, ſpiritualis, inſenſibilis, incombuſtibilis, abſque omni mixtione terreæ aquoſitatis, eſtque cœleſtis aqua, de quà quamplurima ſcripta extant, hoc enim Mercurii ſpiritu ſine omni corroſivo infringi, recludi inque primam materiam reſolvi poſſunt omnia Metalla, ubi opus eſt, Spiritus hic reſtaurativus eſt hominum & pecudum, perinde ut aquila, omnia conſumit vitia, ſuamque ætatem longiſſimè prorogat. Spiritus hic Mercurii cæterarum mearum principalis eſt clavis, de quibus initio ſcripſi, hinc exclamabo: Accedite benedicti, ut ungamini oleo & aquâ recreemini, corpora veſtra aromatibus condite, ut putredo ac fœtor arceatur. Cœleſtis enim aqua principium eſt & oleum medium, ubi non ardet, è ſpirituali quippe confectum ſulphure. Et ſalarius balſamus corporeus eſt, qui aquæ beneficio olei unitur, quâ de re poſteâ pluribus dicam, ſi de iis quædam tradidero atque notavero.

Hujus Mercurii ſpiritus eſſentiam, materiam ac formam ut prolixius exponam, affirmo, eſſentiam ipſius eſſe beatam, materiam ſpiritualem & formam terrenam, quod incomprehenſibili tamen modò quodam accipiendum eſt, hæc acuta quidem ſunt verba, multiq; ſermonem,

vaporei corporis transmutet unà cum augmentatione in microcoſmo. Noli proinde mirari, quæ Altiſſimus permiſit & natura molitur.

Non defore arbitror, à quorum fide hæc prorſus aliena erunt, qui myſteria ejusmodi ab intellectu ipſorum remota ſpernent ac vituperabunt, maneant illi rudes aſini ac inſipidi homines, donec illuminatio ſequatur, quæ circa voluntatem DEI nulli conceditur, ſed usq; ad ejusdem permiſſum ſuſpenditur. Verùm gnari ac rerum periti homines multo vultus ſudore defuncti me teſtimoniis ſuis non defraudabunt veritatemq; ita conſolidabunt ut reverà approbaturi ſint omnia ſcripta mea & tàm vera judicari, quàm verè cœlum & infernus electis cum damnatis pro merito mali ac boni propoſitus eſt. Jam non ſola ſcribo manu, ſed mentis ac cordis impulſu, quòd multi ementiti & arrogantiſſimi Doctores myſteria hæc odio, invidiâ, convitio, probro ac contumeliâ extremè conſectentur, ad intimã usq; medullam inceſſentes, quæ principium & originem ſuam è centro petit, ſed certò novi tempus aliquando venturum, cum oſſa mea medullis jamdudum marcuerint, quo homines me in ſepulchro vindicare & libenter, ſi fieri poſſet, à mortuis reſuſcitare vellent, ſed fruſtra: quare ſcripta mea ipſis reliqui, quibus fides ipſorum veritatis ſignaculum habebit, teſtandi de voluntate meâ ſupremâ, quam pauperibus omnibusque myſteriorum cultoribus non invidi quamvis minimè competiiſſet mihi tot edere ſcripta, citra læſionem, tamen animæ non potui, quin oculi ictum per nubem mitterem, ut dies obſervari & obſcura nox cum turbidâ & caliginoſâ tempeſtate pelli poſſit. Jam

trium principiorum, quodque ex tribus hiſce maximam partem ſibi acquirit, ita & corpus producitur. Quod ſi ſpiritus Mercurii deſuper feratur ad Animalia, animalis quoque natura inde reſultat, ſi ad vegetabilia per conceſſionem ſuam tendat, res exinde vegetabilis ſurgit, ſi verò infuſa ipſius natura ad Mineralia proclivis ſit, Mineralia atq; Metalla inde naſcuntur, quodvis tamen ſuo cum diſcrimine, prout elaborantur. Animalia per ſe, vegetabilia aliâ ratione ac formâ per ſe, Mineralia item per ſe, unumquodq; ſingulari quâdam viâ, de quibus omnibus multa in ſpecie conſcribenda & ſeorſim quàm plurima tradenda eſſent.

Hic quis fortè nec immeritò interrogabit, quomodo ejusmodi ſpiritus Mercurii obtinendus elaborandusvè, quâ ratione ac viâ præparandus ſit, ut morbos fugare, omniaque ſequiorum Metallorum genera in microcoſmo quaſi generanda, per transmutationem & augmentationem ſeminis poſſit alterare, quæſtionis hujus reſponſionem non pauci forſan avidè expectabunt, quam ipſos non celabo, ſed fideliter docebo, quantum mihi quidem mandatu divino atque judicio permiſſum eſt, hac ratione, ℞. In nomine Domini, rubeum hydrargyrũ, cinnabaris colorem referens, cum auro optimo, cujusquidem tibi copia erit, hæc anaticè conjunctim tere, antequam ignem experta ſunt, ſuperfunde oleum Mercurii, per ſe confectum è vulgari, purificato ac ſublimato hydrargyro, colloca ad digerendũ per unum menſem, ſic extractionem poſſidebis cœleſtem magis quàm terreſtrem, hanc lentè diſtilla in Balneo Mariæ & phlegmata exibunt, gravi oleo derelicto in fundo, quod omnia Metalla in momen-

to accerſit, huic affunde triplum ſpiritus vini, circula in Pellicano, donec colorem ſanguineum eamque dulcedinem, cui nemo quid æquiparare poteſt, acquiſiverit, de canta ſpiritum vini ad liquorem usque & denuò recentē ſuperfunde toties repetendo, quod omnis materia translucida exiſtat ad ſatietatē dulcedinis rubineiq; coloris, hinc conjuge materias haſce, prolectam albo calcinato tartaro ſuperfunde, diſtilla in cinere fortiter, ſic ſpiritus vini in tartaro remanebit, ſpiritus verò Mercurii elicitur, hunc ubi permiſcees cum ſpiritu ſulphuris ſolis ſuoq; ſale, eosdemq; ſpiritus conjunctim prolicis, ut in infinitum ne ſeparari poſſint, tantam tibi rem vendicabis, modò ea cum auro per ſolutionem terminum ſuum pro juſta menſura conſtitutâq; metâ obtineat, inq; plenâ maturitate ſuâ ad plusquamperfectionem provehatur, cui nil æquiparari poteſt in devitandis morbis ac penuriis, in largis corporis voluptatibus ac bonis capiendis. Hæc proinde eſt via, quâ quis ſpiritum Mercurii conſequi poteſt, quam pandi, quantum conceſſum mihi eſt ab imperatore ſummo, artes manuarias hujus laboris mei jam manifeſtati prudenter obſervabis, ne balneum in inferno pro me tibi ſit paratum, per fideliſſimam admonitionem meam, quia vera portæ patefactio, quæ ad aulam regiam aditum concedit, unâ tantùm clavi, reſeratur, omnes curante morbos, hydropiſin, phthiſin, arthritidem, calculum, morbum caducum, Apoplexiam, lepram, & in genere, quocunq; veniant nomine, remedium quoq; hoc omnía luis venereæ genera ſanat, omniaq; inveterata ulcera, herpetem, ſyreus, Morphæam, phagedænam, fiſtulas,

carcinoma, ulceroſosq; ſinus, prout tibi intimavi, nec quicquam celavi. Tandem obſerva, ſi præter hæc ampliora divulgare nolis, quia è ſpiritu Mercurii omnis ars ſuam ducit originem, qui ope ſpiritualis ſulphuris refocillatur & ad vitam excitatur, rem ſimul cœleſtem inde conſcendere, cum ſale enim ac per ſalem corpus ac formam aſſumunt, principium verò animæ, ſpiritus ac corporis magnetem quendam eſſe concedito, ſicuti & nil aliud eſt nec aliud quid judicari poteſt. In ſummâ, ſine Mercurii ſpiritu, qui ſolus vera eſt clavis corporei auri potabilis, lapis Philoſophorum nunquam elaborari poteſt. In hâc quoq; ſententiâ quieſce atq; perſiſte ac preme ſilentium, quoniam & ego ulteriora facere verba deſino, cùm æquè mihi ac tibi ſilentium ſit impoſitum, executionem tibi ipſi, ſcrutinium verò alii committe, qui rem nondum dedit probatam.

DE
Spiritu Cupri.
Caput quartum.

STella Venus computatu difficilis eſt, id quod omnes mecum Mathematici & Aſtronomi fateri neceſſum habent, curſus enim ipſius diverſam obtinet rationem à reliquis 6. Planetis, ideoq; & ortus ejusdem differt, quia Veneris nativitas primam occupat tabulam à Mercurio, quod quidem Metallorum concernit generationes, Mercurius dat effectum, Venus pellicit & cupidinem gignit cum formoſitate, quæ utique incentiva ſunt, quamvis me nullum profiteor Aſtronomum, motus ſiderei peri-

cum,

tum, quoniam in ſanctuario meo tempus precibus tribuendum eſt, ne tamen reſiduum temporis peractâ devotione otio tranſigatur, ſcopum meum in perſcrutandis rebus naturalibus iisdemq; exercendis fixi atque conſtitui. Nec facilè computari poſſunt, quæ è Venere exiſtunt, naſcuntur atq; proveniunt, neq; undè ipſa Venus procreata eſt, quia veſtitu abundat, quo ipſa non indiget & è contra premitur inopia, quorum quàm maximè indigeret ad conſtantiam.

Scito autem, Venerem beneficio cœleſtis ſulphuris veſtè indutam eſſe, quod ſolis jubar longo poſt ſe intervallo relinquit, ſiquidem majori ſulphuris copiâ ſtipata hæc eſt, quàm aurum, ut verò ſcientia acquiratur, quænam materia ſit ſulphuris auri, in Venere affluens ac prædominans, de quâ admodum ego prolixus ſum, habeto, volatilem quoq; ac fervidum eſſe ſpiritum, qui omnia pervadere ac penetrare pollet, maturando item atq; percoquendo ſupra imperiti fidem imperfecta metalla in ſuâ perfectionem evehere poteſt. Jam incidit quæſtio: quomodo Spiritus cupri alia imperfecta Metalla ad ſuam perfectionem atque maturitatem promovere poſſit, cùm ipſius tamen corpus imperfectum & fluxum? Reſpondeo, veluti jam ſæpius monui, poſſe hunc ſpiritum nullum durabile corpus domicilii loco in cupro poſſidere. Quare exuſto per ignem domicilio fugit hoſpes idq; non ſine moleſtiâ deſerere cogitur, quia ut inquilinus incolit, in corpore autem fixo auri defenſioni ſuæ innititur, ut exterminare non poſſit, citra ſententiã ſingularis judicis, quandoquidem ut hæres in domicilio inſtitutus eſt

&

& ceu radix infixa per corpus ſuum pertinax, ut temerè ejici nequeat. Tinctura, cujus Venus eſt particeps, æquè deprehenditur in Marte, & quidem virtute majori atq; præſtantiori. Mars etenim maritus eſt Veneris, id quod prolixius tradidi, ubi de ipſis tractavi. Tinctura ejuſmodi latet in ærugine, nec minus reperitur in victriolo tanquam in minerali, de quo peculiaris poſſet confici libellus. Jam hiſce rebus omnibus incluſum eſt ſulphur, quod ardet, ac ſulphur, quod minus ardet, mira ſanè res unum ſulphur albet, alterum verò rubet in operatrice generatione, genuinũ verò ſulphur incombuſtibile eſt, quia purus putus eſt Spiritus, unde oleum incombuſtibile præparatur, eſtq; illud ipſum ſulphur, unde auri ſulphur ex unâ radice provenit.

Multa recludo arcana præter æquum, ſed quid agendum, ſi reticerem omnia, non excuſari poſſem, præſtat tamen modus in omnibus rebus, prout in ultimo meo Proteſtationis tractatu obſervabis, ubi petitionis meæ non immemor eris.

Sulphur hoc jure meretur nomen ſulphuris omnium Philoſophorum, quoniam omnis ſapientia in ipſo recondita eſt, præter ſpiritum Mercurii, qui ipſi præfertur, cumque eodem unà ſali Martis conjunctione ſpirituali adunitur, ut tria in unum cogantur inq; æqualem operationem eleventur.

Spiritus hic ſulphuris æquè è ſuperiori regione ac Spiritus Mercurii exoritur, modo tamen ac formâ diverſâ, quò ſidera differentiam in fixis & infixis exhibeant, in rebus coloratis & non coloratis.

Tinctura in ſolo ſpiritu cupri conſiſtit, inq; ejusdem conjuge maximâ ex parte, & purus putus eſt

vapor,

vapor, fœtidus ac graveolens initio, qui ceu liquor reſolvendus eſt, ut fœtidum ac incombuſtibile oleum inde poſſit præparari, quod tamen principium ſuum è Marte petere neceſſum habet. Oleum hoc gaudet conſortio Spiritus Mercurii, quo omnia Metallica corpora repentè congregantur; dummodò prius præparata ſint juxta modum præſcriptarum clavium mearum.

Vagor hic extra ordinem Planetarum, nec immeritò, quia generationes ipſorum ſequor, hic eſt ordo, cui me accommodo, quoniam Venus ſulphure abundat, eò citius percocta atque maturata eſt cum Marte præ aliis Metallis, ſed quia fluxus Mercurius parum præſtitit auxilii, cum præ ſuperfluo ſulphure fortior operatio ipſi non ſit conceſſa, omni prorſus emendatione infixorum corporum ſuorum fruſtrata ſunt. Hic jam tibi quoddam myſterium retegam, quod auro, cupro ac ferro unum idemq; ſulphur, una eademq; tinctura atque materia inſit, quæ materia tincturæ ſpiritus eſt, nebula ac vapor, ut ſupra tibi oſtēdi, qui omnia corpora permeavit ac permeare poteſt, ſi ipſum capere poteris, acuisq; ſpiritu ſalis Martis, ac deinde ſpiritum Mercurii cum eo conjungis in ſuo pondere, ab omni quoque impuritate purgas ut absq; omni corroſivo ſuaveolentes reddantur, ejusmodi poſſides Medicinam, cui in mundo nil æquiparari poteſt, quæ ſi fermentatur ſole ſplendidiſſimo, viam ſtraviſti penetrabilis operationis omniaq; transmutandi Metalla.

O ſempiterna ſapientia, quas tibi gratias offerre poterimus pro ejusmodi ſummis myſteriis, quæ tamen filii hominum tantoperè negligunt notitiamq;

eorum

eorum ſpernunt, quæ tu recondidiſti in naturâ, res in conſpectu ipſorum verſantur neque agnoſcunt, manibus tenent, neq; prehendūt, rem adminiſtrant ignari prorſus tamen, quæ agant, cùm interiora ipſis incognita ſint. Tandem tibi reverà ac per charitatem DEI hoc quoq; aperiam, quod radix ſulphuris Philoſophici, quod cœleſtis ſpiritus eſt, cum radice ſpiritualis ac ſupernaturalis Mercurii, æque principiū ſpiritualis ſalis ſeorſim exiſtat, inq; unâ materia reperiatur, undè lapis, qui ante me extitit, elaboratur non in rebus multis, quanquā Mercurius per ſe ab omnibus Philoſophis, ac ſulphur per ſe cum ſale præſertim coarctetur, ut Mercurius ſeorſim, ſulphur ſeorſim & ſal itidē ſeorſim deprehendatur, affirmo tamen, id tantùm juxta ipſorum redundantiam eſſe accipiendum, quod mihi quoq; in majori copiâ reperitur, & particulariter multis modis non ſine utilitate adhiberi poteſt ad Medicinam ac Metallorum mutationes. Univerſale tamen, maximus quippe theſaurus terrenæ ſapientiæ omniumq; trium principiorum, unica res eſt, inq; unâ re ſimul adinvenitur atq; extrahitur, quæ omnia metalla in unā rem cogere poteſt, ac verus eſt Spiritus Mercurii animaq; ſulphuris, cum ſpirituali ſole conjunctim concluſa ſub uno cœlo, uniq; corpori inhabitans, eſtq; draco & aquila, Rex & leo, ſpiritus ac cadaver, qui rude auri corpus tingere tenetur ad Medicinam, quo ſat poteſtatis accipiat cęteros ſuos ſodales tingendi.

O medicina beata à Deo creatore tuo conceſſa! ô cœleſtis magnes ſummi attractive amoris! ô florida Metallorum ſubſtantia, quanta eſt efficacia tua, quàm iuſcrutabilis virtus tua, quàm fortis tua conſtantia,

ſtantia, beatus in terris eſt, qui lucem tuam reverà agnoſcit, quam totus mundus negligit, nullam egeſtatem ſentiet, nullus morbus ipſum inceſſet nec ullum vitium infeſtabit, usq; ad conſtitutum mortis terminum, usq; ad extremum vitæ tempus à cœlorũ rege ipſi prædefinitum. Fieri non poteſt, ut omnes mortalium linguæ tanta encomia proferre poſſint, quæ laudi ſapientiæ ſufficerent in hoc theſauro fontis reconditæ, omnes oratores obmuteſcent ac confundentur, imò conſternabuntur nec ullum facere verbum poterunt, ſi hanc ſupernaturalem Majeſtatem intuituri & agnoſcituri eſſent, egomet ipſe expaveſco, ſi recordor, quæ & quanta revelaverim. Spero autem me exoraturum eſſe DEUM, ne hæc mihi peccato mortali reputet, cûm opus in timore ſuo aggreſſus, per gratiam ſuam conſecutus, in laudem ipſius manifeſtaverim.

O. SS. ac ſempiterna Trinitas, ore & corde grates ac laudes Tibi decerno, quòd revelaſti mihi maximam hujus mundi ſapientiam, cum divino verbo tuo, unde omnipotentem virtutem tuam cognovi & ſupernaturalia miracula, quorum notitiam fugiunt homines, rogo te humillimè, elargiaris porrò mihi intellectum & mentem ſolertem, ut uſum iſtorũ cum perpetuo laudis ſacrificio coram Te pro Chriſtiana proximi mei charitate ac ſalute mea cûm ſpirituali, tùm corporali non ſine fructu ac efficacia adhibere poſſim, quo nomen tuum celebretur atq; glorificetur, ob omnes creaturas tuas in cœlo & terrâ, meiq; adverſarii comperiant, te eſſe Dominum miraculorum infinitorum, quo & ipſi aliquando ad pœnitentiam & converſionem perveniant nec

men-

mendaciorum tenebris ſubmergantur. Ita adjuvet me & omnes DEUS Pater, Filius ac Spirit S. in throno altiſſimo, gloriâ ac Majeſtate ſuper omnia elevatus, cujus ſapientia principii ac finis expers eſt, quem omnes cœleſtes, terrenæ atq; infernales creaturæ neceſſariò contremiſcunt, benedictus in omnia ſeculorum ſecula, Amen.

O Seraphin! O Cherubin! quàm magna ſunt miracula tua, gratiæ tuæ oculos deriva in ſervum tuum, teque exorabilem præbe, iram compeſce, quod hanc divulgaverim revelationem.

Porrò lector de generatione cupri ſciet, idq; obſervabit, quòd cuprum ex uberiori ſulphure naſcatur. Mercurius verò ipſius ac ſal in cupro æquilibrium teneant, ſiquidem neutrius quantitas excedit vel deficit, jam quia ſulphur abundantiâ ſuâ Mercurium & ſal expugnat, magna inde oritur rubedo tingens, quæ metalla invaſit iisdemq; obſtaculo eſt, quò minus fixitatem ſuam Mercurius perficere potuerit, ut corpus exinde fixum procreatum fuiſſet. De cupro hæc accipe, rem ſeſe habere cum corpore ejus, ſicuti cum arboribus reſinâ exuberantibus, quales ſunt Larix, tæda, pinus ac abies, pluraq; alia arborum genera, quorum ſulphur reſina eſt, quam interdum quoq; ob redundantiam obliquè ejicit nec omnem ferre poteſt. Ejusmodi arbor largâ pingvedine tincta, per naturam ac elementorum percoctionem, facillimè ac lætiſſimè ardet, nec ponderoſa eſt & pertinax adeò, veluti quercus, aliaq; ligna dura, denſa atq; compacta, neq; pori ejusdem eo aperti ſunt modo, quo leviora ligna, ut ſulphur ubertim dominari poſſit, idcircò lignum querceum lar-

giori gaudet Mercurio, ſaleque præſtantiori quam pinum & cæteræ; lignum ejuſmodi æque lętatur ſublime in aquâ natatu ac lignum abiegnum minus conſtrictum atque compactum, ut aër in ſerendo impeditur. Idem nunc de Metallis judicandum, præcipuè de auro, cui ob uberius, fixum, probè perfectum ac maturatum hydrargyrum, ſolidum, firmum, compactum, fixum & inexpugnabile corpus eſt, quod ab ignis & aquæ, aeris atq; putredinis terræ nocumento immune eſt poris ejusdem occluſis, ut vis Elementorum corruptiva nullum ipſi detrimentum inſligere potuerit, quæ fixitas rectiſſimeque compacta coagmentatio documentum præbet naturalis gravitatis ſuæ, quæ in aliis Metallis exhiberi nequit, id quod deprehendimus non tantùm in experiendo pondere ipſius per appenſionem ſed & in ipſo, ſi ſcrupulum puri auri centenario vivi argenti ſuperimponis, brevi fundum petit, cum è contra omnia Metalla æqualis ponderis argento vivo impoſita in ſublimi ferantur, nec ima petant, quia pori ipſorum laxiores ſunt, ut aër vel flabrum in ſereno pervadere ea poſſit.

Porrò quod Medicinam, ſpiritum Veneris ſeu cupri quod attinet, obſervabis tandem, ipſius virtutem quàm maximè ſalutarem eſſe, puta non commodò ſpiritum in primo ente conſtitutum, ſed & illum ipſum in ultima materia fixum. Virtus verò & efficacia ejus eſt, quod in affectibus uterinis præ omnibus medicamentis commendetur, nec adversùs Epilepſiam medicamentum ſimile ſui particulariter exiſtat. Spiritus item hic potiſſimum hydropiſin exiccare pollet, ſanguinem à putredine præſervat.

vat, & prorſus concoquit, ſi adverſi quid ventriculo acciderit, lithontripticus quoque eſt, cujuscunq; generis calculus ſit. Forinſecus fundamentum ſanandi hic ſpiritus præſtat in vulneribus, in ulcere iſto Noli me tangere dicto, nec ullum inveteratum ulcus tutum eſt ab hoc ſpiritu, quin oppugnetur ſanationisq; fundamentum ipſi exhibeatur, extrinſecus mundificationem præbet certumque nucleum quærit, ubi ſanatio & Medicina operans locum & principium ſuum habere poteſt. Intrinſecus hic ſpiritus omnia permeat perveſtigatq; cuncta in corpore humano vitia, apoſtemati vulnerario non abſimilis eſt, nullum apoſtema ab hoc ſpiritu tutum eſt, quin reformetur ab eo. In ſummâ dico, ſi ſpiritum Veneris rectè obſervaveris, internè & externè cum eâ admiratione ſeſe exhibebit, ut virtutem ipſius incredibilem quamplurimi ſupra omnem naturam judicaturi ſint. Tantum de ſpiritu Veneris. Quod ſupereſt de ſpiritu cupri ſic habeto, quòd calidus, penetrabilis ac perveſtigans omnes vitioſos humores atq; ſuperflua phlegmata abſumat in hominibus Metallisq;, meritò coronæ annumerandus Medicinæ, igneus admodum & acris eſt, incombuſtibilis, ſpiritualis tamen ac informis, hinc particulariter informes quoque res tanquam ſpiritus unà ignire, percoquere ac maturare poteſt, tuq; ſi verus naturæ ſcrutator es, habe tibi commendatum hunc ſpiritum, te in nullis difficultatibus valetudinis ac opulentiæ derelinquet, dummodò rectè ipſum obſervaveris & ſecundùm juſtitiam adminiſtraveris. Sperabo, fore, ut votum meum aliquando reperiat locum ac aures apud multos naturæ obſervatores, qui deſiderio

ſcrutandi ac perdiſcendi tenentur, idcirco ſenſus ſuos acuent, oculos aperient, auresque pandent, donec id è præceptis meis haurient, quod nunquam antea fuit obſervatum nec perceptum eſt in hoc ſpiritu cupri, interius & exterius, ſcripta mea qui capere ſatis, inſervare & intelligere non poteſt, illum credo, ſua arcana rimatum eſſe nec ſine me reverà indagaſſe ea cognitionemque cum fructu hauſiſſe ac percepiſſe, hinc nemo me judicare poteſt, ſpiritum cupri quod concernit, niſi cuprum prius verſaverit, omniaq; ejusdum virtutis internæ myſteria rectê cognoverit, meo exemplo, ſi meliora, quorum neſcius adhuc ſum, addiſcere potuero, quàm maximè peto, ne reticeantur, doctrina ipſius largiter recompenſabitur centuplum, hiſce creatori Te altiſſimo commendo.

Caput quintum.
DE
Indicio Martis, ſpiritu & tinctura ejusdem.

MArti ac Veneri idem ſpiritus eademq; tinctura eſt, æquè ac auro cæteriſque Metallis, quàm lævis, quàm exiguus etiam ſpiritus ejusmodi deprehendatur in unoquoque Metallo. Liquido inter omnes conſtat, varios dari homines, varioſq; ſenſus, quamvis initio homines ex unâ eâdemq; materiâ primâ, ex uno eodemq; ſemine coorti ſint, ſenſus tamen ipſorum ac mentes diſcrepant, quia ſiderum influxus non ſine ratione id præſtitit. Macrocoſmus enim agit in microcoſmum, cùm omnes ſenſus, natura & cogitationes ſimul cum univerſâ homi-

nis complexione è ſolis ſiderum influentiis promanent ſeq; ad Planetas & aſtra conforment, id quod nulla planè res expugnare neq; influentia ejusmodi præpedire poteſt, quoniam nativitas ipſorum perfectionem jamdum acquiſivit & ad finem perduxit. Sic homo naturâ incenditur ad literarum ſtudia, un' Theologiam, alter Jurisprudentiam, tertius Medicinam, quartus ſolam affectat Philoſophiam. Præterea multa ingenia ad opificia propendent, alius evadit pictor, alius aurifex, hic ſutor, ille ſartor, iſte ſculptor & ſic deinceps, variis iisq; innumeris modis, id omne à ſiderum influxu provenit, unde imaginatio corroboratur atq; fundatur, ſupernaturali modo, cui propoſito animum ſuum obfirmant, ſicuti & comperimus, quôd, ſi quid ſtatutum ac deliberatum habeat homo, ipſum exinde nemo dimovere poſſit, exceptâ morte, ultimâ lineâ rerum. Idem quoq; de Chymicis judicandum, qui naturæ arcanis ita tenentur, ut ægrè divelli indè ſe patiantur, niſi naturam penitus exploraverint, abſolverint & ad finem perduxerint, id quod tamen difficile ac planè impoſſibile eſt.

Pariter quoq; res ſeſe habet cum Metallis, prout influentia ſupernè, ita & forma contingit, etiamſi omnia Metalla uno eodemq; gaudeant nomine, ac reverà Metalla ſint, credo tamen, te ex variis hominum ſenſibus percepiſſe, qui omnes quoq; ex unâ eademq; materiâ homines ſunt, quod varia atq; diverſa Metalla poſſint exiſtere, è quibus quædam calidam & ſiccam, frigidam ac humidam, quædam mixtam complexionem atq; naturam ſibi adſciverunt, hinc, quia Metallum Martis præ aliis per craſ-

ſum ſal quoddam ſub maxima quantitate in gradu ſuo ordinatum eſt, duriſſimum quoq; & cæſalium in eo reperitur corpus, quod ipſi natura aſſignavit atq; conceſſit, minima quidem Mercurii, major tamen ſulphuris & maxima ſalis pars ipſi inditâ, è quâ mixturâ deinde corporea ejusdem ſubſtantia prodiit, inq; mundum ope Elementorum producta eſt. Spiritus ejus in operando cum cæteris ſpiritibus concordat, ſi verò genuinus ac verus ſpiritus è Marte cognoſci poteſt, in omni modâ veritate deraq; ſapientiâ affirmo, quod Spiritus ipſius granum ſeu quintæ eſſentiæ cum ſpiritu vini aſſumptum hominis corroboret animum, cor ac mentem, omnis exulat metus circa Euthymiæ hoſtes, leoninum cor in homine producit, pellicitque ad luctam cum Venere ſuſcipiendam atque perficiendam. Si conjunctio Martis ac Veneris in certâ conſtellatione obſervetur, fortunâ atq; victoriâ utuntur in amore ac dolore, in diſſidio ac gaudio, amicèq; conſpirabunt, etiamſi totius mundi odio atq; inimicitiâ jactentur, cùm verò Eccleſiaſticus ego ſim homo, ordini quoq; Eccleſiaſtico me ſubjugaverim, animamque meam DEO commendaverim, citra humanæ cupidinis concupiſcentiæq; carnis illecebras, quæ hæ illicitæ viam ad infernum, mandatum verò divinum timor ac indulgentia voluntati humanæ, divinitus conceſſæ, iter ad cœlum pandunt, ubi in vera invocatione fideque genuinâ ac ſincerâ in unicum gratiæ thronum, Mediatorem atq; Patronum Jeſum Chriſtum Salvatorem noſtrum perſeverant. Beneficio Spiritus hujus omne morbi Martiales mini prolligantur modo, uti ſunt Dyſenteriæ ſeu profluvium al-

alvi, morbus mulierum, menſtruum ſic dictum, album ac rubeum, omnia ventris profluvia apertaque ulcera, in cruribus, tibiis totoq; corpore, cum omnibus morbis, interioribus & exterioribus, quocunq; veniant nomine, quorum cauſſa Mars cruentus exiſtit, quæ vitiorum univerſa genera nomine tenus jam divulgare ſuper ſedeo, utpote per ſe peritis Medicis notiſſima quæcunq; Marti ejusdemque Jurisdictioni ſubjacent. Si ſpiritus ferri rectè cognoſcitur, occultâ cum ſpiritu Veneris gaudet conjunctione, ut in unum poſſint cogi, una eademque materia exinde reſiliat, æqualis operationis, formæ atq; ſubſtantiæ, quæ & eosdem morbos curare, eadem operari atque diſcutere, quin & Metallorũ particularitates in mutationes redigere cum fructu, laude ac abundantiâ poteſt. Verùm ita obſervandus eſt Mars cum virtute ipſius, ut in corporali formâ ſuâ ſolo gaudeat terreo corpore, quod inſervire poſſit ſanguinis fluxui ſiſtendo, externis volneribus, lunæ gratationi, & interius alvi conſtipationi, id quod quidem non ſemper expedit, neque corpori hominis interius & exterius, neque Metallorum uſui, quoniam hoc per ſe absque cognitione remediorum ſanorum, quæ natura ſcientiâ ſuâ occuluit, non adeò impetrare conducit.

Unicum adhuc proponendum eſt, Magnetem videlicet verumq; ferrum in corporis morbis unum eundemq; ferè fructum præſtare, de unâ eâdemq́; propemodum naturâ quoq; participare, quam in cœleſti, ſpirituali ac elementari ſenſu poſſidet, inter corpus, animam & chaos, unde anima ac ſpiritus prodiit, corpus è compoſitione ultimô ſeſe expedivit.

Quid verò agendum, rudiora & craſſiora ingenia non capient, ſeu imperiti non obſervabunt, quæ ſcribo, naſutique nimium carpent, conſilio proinde hic opus eſt, optandumq; , ut omnes hoſce naſutulos devincire mihi poſſem: Hiſce igitur te docebo & inſtruam, quia ipſum argumentum ſententiam definitivam aperit atq; declarat, hinc reſolutio patet, nec ullo intellectus judicio ulterius, quam per ſe, declarari, reſolvi & explicari poteſt.

Tandem id obſerva in hoc capite, nullam œconomiam firmiter gubernari poſſe diſcordia duorum conjugum, dum hic orientem, alter occidentem verſus currum ſuum vult flectere, inæqualiter enim hâc ratione currum in æquali pondere trahent, unde maximum diſſidium atq; impedimentum exoritur, quò minus ſpem ſuam adimpleant? Ubi verò fideles homines maritali vinculo nexi rem ſuã familiarem firmiter adminiſtrare diſcupiunt, eodem ſpiritu, animo, eâdem mente atq; virtute conjuncti eſſe debent, ea perficiendi, quorum unius in alterum redigendi ſtudium utriusq; mens, cor & animus deſiderat, ſi aliter perfectus amor ac fides requiritur. Alterutro horum deficiente tria illa principia minus rectè cohærent. Mercurius enim timidus eſt ac deficit in fixitate, deficit & ſulphur, amorem fovere nequit, nimis extinctum, neq; ſal genuina & convenienti naturali ſuâ indole gaudet, ſed nimis eſt durum, compactum & ſuperfluum, quandoquidem ſpiſſam coagulationem efficit, acre & mordax eſt, quia in ſuam fidem atq; conſtantiam minimè declarat. Ita ſeſe res humanæ nunc habent mundusque jam errabundus & prægnans eſt vitiis hujusce modi, exigua

exigua enim eſt conſtantia, parva charitas, minima fides.

Philoſophicum hocce exemplum neminem vitio mihi verſurum eſſe confido, quia Syracides bonam fidem malitiamq; mulieris falſæ laudat atq; vituperat, diverſimode: Sed Marti jam valedico, quod nullius judicium res easdem, multò minus diverſas diſcriminare polleat, niſi qui ſtudioſè eas obſervaverit, naturam ac proprietatem earundem cognoverit ac rectè perdidicerit. DEUS Pater cœleſtis, ſempiternaq; virtus ſeparet nos ita, ut terrenum & fluxum corpus cœleſtem, ſpiritualem & incorruptibilem transfigurationem recuperet, Amen.

Caput ſextum.

D E

Spiritu Auri.

COeli jubar injunxit nunc mihi, ut calamo imperem meo in revelandâ re fortitudinis & continentiæ, quoniam ſol ardens atq; abſumens ignis eſt, [illegible]idus & ſiccus, ubi vera omnium rerum naturalis virtus latet, quæ intellectum, opulentiam ac [illegible]udinem conciliat. Mens mea verè contriſtatur [illegible]ritusq; meus in ſeipſo conſternatur ob hæc, quæ nunc expono, ante me prorſus occulta omniq; incognita, quæque profundiſſimis myſteriis [illegible]oluta & abſtruſa fuerunt. Si tamen in meipſum [illegible]endo conſcientiamq; meam exploro, planè [illegible]erfugere non potui, quin animum meum flectere ad aliud conſilium, qui omnibus ſeſe obſtaculis [illegible]ceret, loquar tamen habitâ ratione modeſtiæ

 ſcri-

ſcribam, adhibito intellectu, ne incomodum quodam patiatur, quin potius grata quædam utilitas expectetur eorum, quæ pro modo & occaſione præſcripſi, prout Philoſophi ante me conſueverunt.

Quapropter adverte plenasq; menti tuæ cogitationes ſuggere, ſequeſtratis rebus omnibus alienis, tua Philoſophiæ ſpeculatione indignis, eidemque nox is, hæc converte in uſum tuum, quæ diu cum labore effectui ſcito. Si deſiderio æſtues aurei magnetis, quod potiſſimum preces tuæ erga DEUM, in verâ cognitione, pœnitentiâ, contritione, verâq; humilitate inſtituendæ ſunt, ad cognoſcendum ac perdiſcendum tres diverſos mundos, rationi humanæ obnoxios, uti eſt ſupra cœleſtis mundus, ubi vera ac immortalis anima cum primigenio ortu ſuo ſedem ſuam occupat, eſtque ſecundum divinam creationem prima motrix ſenſibilitas, ſeu prima motrix ſenſibilis anima, quæ vitam naturalem à re quadam ſupernaturali traduxit, animaque ejusmodi ac ſpiritus radix fons & prima creatura eſt, quæ in vitâ extitit & primum mobile, de quo inter eruditos & ſapientes tàm prolixa diſputatio agitata ſubinde eſt.

Porrò & alterum cœleſtem obſerva mundum ſtudiò, ibi enim Planetæ regnant, univerſaque cœleſtia ſidera munus ſuum obtinent atque virtutem, miniſterium ſuum ibidem obeuntes, cui à DEO ſunt deſtinata, operantur; in eo miniſterio per ſpiritum ſuum Mineralia atq; Metalla.

Proinde ex hiſce duobus diverſis alius reſultat mundus, ubi continentur quæ cæteri duo præſtiterunt, ſupra cœleſtis nempe atque cœleſtis mundus E ſupra

ſupra cœleſti fons vitæ ac animæ, è cœleſti lux ſpiritus, è tertio Elementari mundo, inexpugnabilis, cœleſtis ſenſibilis tamen ignis promanat, unde comprehenſibilis percoquitur, hæ tres igitur materiæ atque ſubſtantiæ exhibent pariuntque formas Metallorum, inter quæ aurum primas tenet, quia ſidereus & Elementaris influxus Mercurium in hoc metallo eò plenius ad ſufficientem maturitatem quandam percoxit & maturavit.

Pariterq; ſicuti ſemen virile matrici immittitur & menſtruum fit, quod terra ipſius eſt, ſemen verò, quòd è viro in fœminam derivatur, à ſidereo & Elementari in utroque productum eſt, ut uniatur & à terrâ nutriatur ad generationem.

Ita quoq; jam accipe, animas Metallorum, ex inſenſibili, inviſibili, incomprehenſibili, occultâ & ſupernaturali cœleſti compoſitione quâdam, ex aquâ nim. & aere, è chao formatâ, conceptas, ulterius deinde beneficio cœleſtis Elementaris locis ignisque ſolaris percoqui, unde ſidera virtutem ſuam exerunt, quando calor ipſorum in viſceribus terræ, tanquam in matrice ſentitur, per calidam enim operantem qualitatem ſuperiorum ſiderum terra recluditur, ut infuſus ipſorum ſpiritus terræ nutrimentum quoddam præbere & quicquam parere queat, ut metalla, herbas, arbores & animalia, quorum unumquodq; ſeorſim ſemen ſuum ad ulteriorem augmentationem affert, & prout dictum, exemplo hominum ſpirituali cœleſtiq; modo conceptorum, cujus anima ac ſpiritus per terræ nutrimentum in utero matris fingitur atq; formatur ad perfectionem, idem de omnibus Metallorum ac Mineralium partibus cenſendum & judicandum eſt.

Hoc

Hoc autem verum quoddam ſolis ſeu auri arcanum eſt, nempe, ut exemplo & parabola quadam te inſtruam, unde perſpicias Naturæ vires ejusdemq; myſterium hâc ratione.

Probabile eſt, cœleſtem ſolis ſplendorem igneæ qualitatis eſſe, igneæq; naturæ, ipſi per cœleſtem & fixum ſulphuris ſpiritum quendam à DEO Altiſſimo, creatore cœli ac terræ ad conſervandam ſubſtantiam, formam & corpus conceſſæ, quæ creatura celeberrimo motu ſuo, ob tantam celeritatem ab aëre in continuo ordine inflammatur atq; accenditur, quæ incenſio, quamdiu motus durabit, nunquam extinguetur nec unquam virtute ſuâ minuetur, deficiente combuſtibili materia, ipſi datâ, per quam abſumptionem luminare cœli magnum decrementum pati poſſet.

Hoc pacto aurum proinde à ſuperioribus perfectum, maturatum in ejusmodi fixam atq; inexpugnabilem naturam abiit, ut nil planè ipſi obeſſe poſſit, quoniam ſuperius fixum ſidus inferiora permeavit, ut inferius fixum ſidus ex influxu atq; indulto ſuperioris ſimilis ſui minimè cogatur cedere, ſiquidem inferiora à ſuperioribus eam fixitatem acceperunt, hæc itaq; de primâ auri materiâ probè notabis & obſervabis.

Unam adhuc parabolam more Philoſophico allegare lubet de magno cœli luminari & de inferiori igne, qui accenditur hic quotidiè inq; omnium conſpectu ardet, quod luminare majus cum minori igne hîc in terris magneticam comparationem & attractivam conciliatricem virtutem obtinet, quæ tamen inſpirantis ac incomprehenſibilis eſt, ſpiritualis tantùm, inviſibilis ac incomprehenſibilis. Hoc

Hoc attendendum, quod per experientiam ...idem conſtat, magnum cœli luminare cum mino... præ terreno ſingulari amore & affectu gaudere, ... aerem ſpiritualem, quo utrumq; agitatur & à ... mortalitate vindicatur, aſpiciat enim modò quis, ...ndo aer ex aquoſitate magna, qui à ſe attrahitur ... in ſe recipitur, corruptionem quandam contra..., ut per nebulas ulterioremq; coagulationem nu... generentur, unde radii ſolis impediuntur, quo ...inus reflexione vel ullâ penetrabili virtute poti...tur, quomodo item nec inferior elementaris igni... ...mpeſtate nubilâ & pluvioſâ tam vividè unquam ...t, neque in operando æquè lætatur, ac ſi clara & ...aſcatâ cœleſti aurâ. Cauſa hæc eſt, quod per ...pedimentum accidens aëremq; aquoſum amor ...penditur ac præpeditur, quò minus virtus allici... turbata plenum ſuum amorem & operationem ...quo perficere poſſit, obſtaculum enim interjicit ...trarium Elementum, aquoſitatem videlicet.

Quemadmodum itaque Soli tanquam cœleſti ...inari magno cum minori Elementari igne ſingu... quædam Sympathia ac virtus attrahendi mo... ...agnetico intercedit: Ita & ſol ac aurum præci... ...affectu & ſingulari virtute invicem congung... quia ſol aurum produxit, per tria illa principia, ...ete ſuo prædita, qui proximiore cognatione ... attingit, ſupremum conſecutus gradum, ut ...ipia tria potiſſimum mihi contineantur, aurum ...ur demum in formâ ſuâ corporeâ, quia id è ... principiis illis compoſitum à cœleſti & aureo ...ete initium & originem ſuam ducit.

Hæc jam ſuprema eſt hujus mundi ſapientia, & omni-

omnium maxima, ſupernaturalis imò ſapientia o-
mnem captum & intellectum ſuperans, ex hac [illegible]
ſapientia eluceſcit primum creatio Dei, res ætherea
firmamenti effectus, ſpiritualis notio corporum [illegible]
ſentia, inq; ſe continet omnes qualitates, & quicquid
hominem tuetur atque conſervat. In hoc autem
magnete latet omnium Metallorum reſolutio [illegible]
umque Mineralium dominatio, ac eorundem ma-
teria primigenia, & vires pro valetudine, coagulatio
item atq; fixatio Metallorum, ſimul cum operatione
ac virtute omnes pellendi morbos, clavem hanc ob-
ſerva, cœleſtis enim eſt, ſiderea ac Elementaris, un-
de terrena naſcuntur, ſupernaturalis & naturalis ſi-
mul, è Spiritu Mercurii prognatus, cœleſti, è ſpiri-
tu ſulphuris, ſpirituali, è ſpiritu ſalis corporali mo-
do, hæc eſt univerſa via, hæc tota eſſentia eſt, princi-
pium ac finis, ſpiritus enim & corpus animæ vinculo
ita conſtringuntur, ut neutiquam ſeparari poſſint,
quin potius perfectiſſimum & pertinaciſſimum pa-
riunt corpus, cui nulla unquam res perniciem poſſit
inferre. E ſpirituali materiâ hac, unde primùm au-
rum in corpus quoddam verſum eſt, verum aurum
potabile perfectius conficitur, quàm ex ipſo auro,
quod prius ſpirituale reddendum, quàm aurum po-
tabile exinde præparari poteſt. Spiritus hicce le-
pram quoq; curat, luem veneream, inſtar Mercuria-
lis cujusdam materiæ, admodum fixæ, exſiccat &
conficit hydropiſin, omnia fluida aperta ulcera & in-
veterata, confortat cor & cerebrum, optimamque
conciliat memoriam ſanum gignit ſanguinem, læti-
tiam & hilaritatem affert, ac naturalem impetum. Si
quinta eſſentia perlarum cum tincturâ corallorum
permiſce-

permiſcetur, huicq; ſpirituali aureæ eſſentiæ æquali pondere adminiſtratur & appenditur ad duo grana, firmiſſimè ſibi perſuadeat, nullum unquam caſum morbi naturalis valetudinem ſuam læſurum maximq; ei infli&urum eſſe, cum in ſolo auro natura ac virtus poſita ſit, omnesq; infirmitates mutandi, tollendi & emendandi, ut corpus integrum ſine omni morbo appareat. Quinta eſſentia perlarum confortat cor, perfe&amque reducit memoriam quinq; ſenſuum. Tin&ura corallorum omne pellit venenum, cum malignis ſpiritibus, bonum averſantibus. anima in aqua verſo auro in ſpiritualem perlarum eſſentiam, ſulphuriq; corallorum in uno coa&a poteſt præſtare, quæ aliàs à naturæ fide aliena viatur, quoniam verò experientiam probatam indubitata veritas confirmavit, meritò hæc conforta‑ cordis in hâc temporali vitâ manet, prætereàq; omnibus confortationibus cordis ſummè cum adoratione, quocunque etiam veniant nomine. Ecclesiaſticus ego ſum homo, ſtatui Eccleſiaſtico ſubjectus, ſpirituali ac divino ſacramento ordini Benedictino obſtri&us, ex hoc ordine intimis precibus ſolatium promiſſionemque verbi divini conſe‑ animæ meæ condimentum, in corporali autem &ione meâ meorumque ſodalium melior mihi confortatio per benedi&ionem divinam non con‑ præter hæc tria compoſita unita. Largiatur DEUS, benedicat & augeat virtutem & facultatem modi, usque ad finem mundi, quem homines cum morte commutare coguntur. O aurea animæ tuæ, ô aurea mens ſpiritus tui, ô aurea oris tui operatio, DEUS creator tueatur te omni‑

[illegible] ipſum diligentibus lar-gietur [illegible] donorum intelligentiam, ut fiat voluntas ſua in cœlo ac terrâ. Hæc jam ſufficiant de ſpiritu [illegible] uſq; ad reditum Heliæ.

Breviſſimum huc appono proceſſum. ℞. Spiritum [illegible] hoc extrahe ſulphur ſolis, oleo ſalis inde ſeparato, rectifica ſulphur ſolis cum ſpiritu vini, ut ſuave evadat absque omni corroſivo. Hinc ℞. [illegible] vitrioli, è vitriolo æruginis confecto, [illegible] Martem, Vitriolum exinde iterum præpara, rurſus id reſolve in oleum quoddam ſeu ſpiritum, hunc itidem rectifica, uti anteà cum ſpiritu vini, confunde iterumq; ſpiritum vini indè extrahe, relictam materiam ſiccam reſolve in ſpiritu Mercurii juſto pondere, circula & coagula, ſi fixa evaſerit absq; aſcenſu, medicinam poſſides ad tingendum homines atq; Metalla, ubi cum auro præparato fermentetur.

Caput ſeptimum.
DE
Tincturâ Lunæ.

Tinctura & ſpiritus argenti refert colorem cœruleum, aliàs ſpiritus eſt aqueus, frigidus & humidus nec in ſuo gradu æquè calidus ac in auro, Marte ac Venere, hinc Luna phlegmatica potius, quàm ignea eſt, quamvis beneficio ignis ex aqueâ ſubſtantiâ ſuâ in coagulationem quandam evecta, eo modo, quo Metalla tingentes ſpiritus ſuos & coagulationem ortiti ſunt, ſimiliter & lapides fixitatē ſuam, divitiem atq; colorem adepti ſunt, quaſi ex influentiâ quâdam. In adamante fixus quidam & coagu-

gulatus reperitur Mercurius, idcircò fixior ac
rior eſt & frangi contumax præ aliis lapidibus. In
ino datur Tinctura Martis ſeu ſulphur ferri. In
aragdo ſulphur Veneris, in granato anima Satur-
In ſtanno tinctura, quæ in lapide topaſio depre-
nditur. Cryſtallus Mercurio vulgi aſſignatur, in
phiro ſulphur lunæq; tinctura exiſtit, unumqvod-
e tamen in ſuâ ratione inqve ſuo genere, ut & in
etallis ſecundùm formam & genus ſuum. Siqve
pphirus colore ſuo cœruleo privatur, veſtimentum
ſius perit, corpus verò candidi adamantis colorem
fert, privatum tamen duritie adamantinâ, perin-
e ac aurum quoq; ſuâ anima defraudatum album &
xum exhibet corpus. ab inveſtigantibus, ſtudioſis
tisqve æmulis luna fixa dictum.

Attendes itaq; qvod judicium de lapide ſapphi-
o tibi fuit exhibitum, idem quoq; è contra de reli-
uis Metallis accipies, qvò ſermo meus ſpectet.

Spiritus etenim hic cœruleus ſulphur ac anima
ſt, unde argentum vitam ſuam accipit, tàm in ter-
â, qvàm ſupra terram, beneficio artis albæq; argen-
i tincturæ, candidus color in magneticâ formâ vni-
æ illius creaturæ apparet, vbi & primum ens auri
eperitur.

O vos ſummi ingenii oratores, ubi conſiſtit vox
veſtra in hoc myſterio explicando, vosq; falſi natu-
ræ ſerutatores, vbi hæret veſtra doctrina ô Medici,
qvò veſtra ſententia profugit, à transmarinis qvic-
qvam apportatura, ut hydropiſin omnesq; lunares
morbos curetis, fatebimini hunc meum ſermonem
vobis eſſe nimis obſcurum, id ſi eſt, Elementare ac-
cendite lumen, quærite nec erubeſcite mirè amiciti-

am eum Vulcano, neque laboris vos pigeat ſic indu-tu divino comperietis, ſpiritum argenti virtutem in-cludere hydropiſin curandi & lugandi æquè prorſus ac ſpiritus auri atque Mercurii, phtiſin radicitus tol-lere poteſt, ut nec ullum centri veſtigium appareat. Quod verò Luna in terræ viſceribus calidâ ejusmodi ſubſtantiâ & qualitate in gradu ſuo minus inſtru-cta ſit, ſed aquæ naturæ obnoxia, culpam conferto in luminare cœli magnum, quod ob aquoſam influen-tiam ſuam qualitatem ejusmodi alteri creaturæ cæ-terisque terræ Planetis, utpote, argento indidit. Et quamvis argentum fixo Mercurio ſeu fixo hydrar-gyro gaudeat, inibi nato, deeſt ipſi tamen calidum ſulphur fixum, quod phlegmata exſiccare & abſume-re minus potuit, unde compacto corpore caruere, niſi arte poſtea microcoſmi id fiat, & quia corpus propter nimiam aqueam ſubſtantiam compactum non eſt, nec pori ſatis muniti nec ponderi pares ſunt, ut certamen ſuſtineant cum hoſtibus, quæ virtutes omnes in auro neceſſariò requiruntur, ſi alias hoſtes ſuos expugnare omniaque examina citra defectum ſufferre aurum teneatur.

Res omnes initiò ſunt difficiles, abſolutæ verò facillimè intellectui ſe ſubdunt, ſi ſpiritum ac ani-mam lunæ rectè obſervaveris atque cognoveris, me-dium laboris facilè apprehendes, quod finem ſui fructus exhibeat, quare jam exemplum tibi propo-nam teque inſtruam regulâ quâdam agreſti, quâ è lu-do puerili rem arduam animo tuo combibas, medi-tando, quomodo ipſam perſcruteris, nimirum.

Per ſtercoratum & ſubactum agrum ſemen li-ni ſpargitur à ruricolâ, quod poſtea putrefactum ope

ac

virtute Elementorum è terra progerminat, mateamque lini oculis præſentat cum ſemine inſuper ſu, quod in ſeipſo arguit, linum deinde evulſum ſeparatur, à ſemine ſuo. Sed linum ejusmodi nullum boris fructum exhibere poteſt, niſi aquâ initiô putrefactum, quâ putrefactione corpus recluditur, inreſſusq; utilitatis datur, factâ putrefactione ac diſſolutione linum beneficio aëris ac ſolis exſiccatur terum, & per ejusmodi coagulationem forma quæam ipſi redit, ut ulterior ex eo ſperandus ſit labor.

Linum hoc tractatum contunditur poſtea, conritur & à corticibus vindicatur, tandem quoq; carnine pectitur, ut purum ab impuro craſſum à ſubti ſeparetur, id quod ante præparationem aliàs fieri equit, hinc linum netur in glomos, hi coquuntur in quâ per ignem vel committuntur cineri, & calori xponuntur, ut nova fiat depuratio, turbidæque & perfluæ ſordes penitus ſeparentur, hinc glomi ritè luti ſiccantur, opifici traduntur & lintea inde conexuntur, hæc verò lintea porrô crebriori aquæ maeratione elarificata candeſcunt, diſcinduntur à ſarore aliisq; hominibus, qui ea ad uſum rei familiaris rahunt. Quod ſi lintearia ejusmodi ſupellex lacera rorſus atque corrupta eſt, collecta vetuſta lintea in nolam papyraceam convehuntur, ubi chartopœus apyrum exinde conficit, quæ in ulteriorem deinceps vertitur uſum.

Jam ſi charta Metallo aut vitro cuidam ſuperimpoſita incendatur & comburatur, vegetabilis Mercurius è chartâ in aerem aufugit, ſale in cinere relicto, ardens ſulphur, quicquid nempè incombuſtione aſſumptionem celerare non potuit, reſolvitur in

oleum, expetitum medicamentum ad oculos caligi-noſus ac vitioſos. Oleum hoc reſulutum inſigni pin-guedine excellit, quam materia chartæ initio primi ſui ſeminis lini incluſit, adeò, ut ultima lini materia, charta quippe, rurſus in primam materiam tanquam inpinguem ſulphuream oleoſitatem lini ſeminis re-ſolvenda ſit, cum ſeparatione Mercurii & ſalis, ut ex ultimo primum, tanquam fundamentum & è primo virtus ac operatio pateſcat.

Hæc enarrata Ratio etſi craſſa & minùs videa-tur ſubtilis exinde tamen cognoſcere debes, quæ ſubtilia atq; arcana ſint, imperitis enim hominibus ſubtiliora per exempla craſſiora inculcanda ſunt, ut à craſſioribus ad ſubtiliora provehantur iisq; aſſueſcant. Similiter nunc percipe, primam Metallorum materiam eſſe obſervandam, cognoſcendam at-que rimandam, per manifeſtationem ultimæ ipſius materiæ uti ſunt perfectiſſima Metalla, ſeparanda ac diſſolvenda, ut nuda prorſus appareant coram oculis hominum. Sic è deſtructione ejuſmodi dijudica-ri atque addiſci poteſt, quæ prima materia initio fuerit, unde ultima conflata ſit. Hanc lunæ doctri-nam nunc æqui boniq; conſule, multa quidem teſta-renti dicenda, ſed ſuperſedeo hac vice, usq; ad aliud tempus, etiam atq; etiam contendens, tuæq; te con-ſcientiæ commonefaciens, ut, quæcunq; tibi mani-feſtavi, omnesq; eorum literas, inter Alpha & Ome-ga comprehenſas, obſerves ſcriptaq; omnia & verba cuſtodias, ne te peccatorum tuorum deprecatio ſempiternaque vindicta maneat. Tandem & hoc Tibi aperio: ℞. Cœruleum argenti ſulphur, lunæ extractum, cumq; ſpiritu vini rectificatum, ſolve ſe-

cun-

ndùm ſuam menſuram in candido Spiritu vitrioli
q; ſvaveolenti ſpiritu Mercurii, conjunctim coa-
la per ignis fixationem, ſic nanciſceris albam tin-
uram, cum omnibns ipſius medicamentis, quod ſi
imum omnium eorum mobile capias, opus non
it, quia rem ex uno expeditam habere potes.

Caput Octavum.
DE
Doctrinâ animæ ſeu tincturâ ſtanni.

Enignus Jupiter medium fermè inter omnis Metalla tenet, neque fervor, neq; frigiditas, cali-tas neq; humiditas ipſius excedit, ſicuti nec Mercu-o ita nec ſale exuberat, minima ſulphuris portio ſi ineſt, album repreſentat colorem, unum tamen perat alterum in tribus illis principiis, prout ex uſdem diſſolutione vera ac genuina naturæ ex-oratio conſtat. E compoſitione illâ atq; per-iſtione trium principiorum natus, productus inq; etallum coagulatus, in maturitatem atq; perfectio-em evectus eſt Jupiter, Pacis Præſes, clementiæ ex, Dominator atque poſſeſſor mediæ regionis, uod ſtatum, naturam, vocationem, virtutem, for-iam atq; ſubſtantiam ipſius concernit, medium e-im tenet, nec ullus morbus obrepere poteſt, cui upiter exitium non afferat, medicinâ ejus modicè hibitâ, nimioq; pondere ſublato, ſupervacanea uoq; videtur ipſius medicina, ubi non requiritur, vocata ad res alienas adminiſtranda, ſed meritò i relinquitur, ubi corpus ejusdemq; morbus pro-

portione gaudet, quod virtutem & operationem, ut ſibi invicem reſpondeant, ne ullum in operatione operanteque naturâ diſſidium animadvertendum.

Spiritus Jovis deprehenditur ita, ut eo planè Metallorum generatio carere non poſſit, ſicuti nec ullus omnium Metallorum Spiritus ſequeſtrari poteſt, cum neceſſariò ab imo ad ſummum usque gradum concordia mutua atque convenientia requiratur, quomodo Metallum perfectum in vaſtiſſimâ terrâ, ut & in micricoſmo transmutatio & augmentatio ſperanda, hâc ratione & formâ percipe, quod omnes gradus â minimis usque ad maxima Metalla in omni perfectione percurrendi ſint, quemadmodum Metalla â Saturno uſque ad aurum curſum ſuum peragere tenentur, ob coloris corporisque fixitatem, eo ipſo neglecto, quod Saturnus ſupremum ſuperioris regionis locum, ubi aſtra regnant, ſidusque motum ſuum conficit, occupat & incolit.

Generatio ſtanni, tàm intra quàm extra terram exemplo animantium hominumq; in lucem protrahitur, qui initio lacte materno aluntur & educantur, cùm in terris lacte commodior cibus non exiſtat homini educando, quia emendatio ipſius maximâ ex parte eſt ſulphur animale, quod nutrimentum exhibet.

Eodem modo ſtannum Metallico ſuo ſulphure, ipſi quoq; gratiſſimo, alitur atq; enutritur, majoremq; æſtum atq; calorem admittit, quàm Saturnus, hinc quoque Jupiter magis percoquitur atque torretur, unde & corpus ipſius evadit fixius, in gradu ſalis.

Efficit in imperio ſuo, ut bonum adhibeatur regimen, inque judicio ſuo cuiq; jus ſuum injungatur.

Spi-

piritus ſtanni defenſor eſt omnium vitiorum atque ymptomatum, quibus epar corrumpitur aut vitium ontrahere poteſt, à naturâ ſpiritus ejusdem ſapoem mellis præ ſe fert, Mercurius ipſius volatiliſatus enenatam acquirit qualitatem, vehementer enim purgat ac violenter penetrat, hinc non ſemper conſultum erit, ut reſolutum ipſius hydrargyrum per ſe ac ſimpliciter aſſumatur, quod ſi correctio quædam præceſſerit, expectanda quoque exinde inſignis utilitas, iis vitiis ac morbis immediatè ipſius influentiæ ſubjacentibus, h. e. ſi Zedekiel venenatâ ſuâ volatilitate exuatur, inque meliorem & fixum locum, veneno adverſum, transferatur.

Hanc deſcriptionem vulgaris Medicus non capiet, quia ars & ſcientia ejusmodi non à nudâ loquacitate, ſed ab experientià dependet in verbis Medicus vulgaris exitum & fundamentum ſuum locat, noſtra autem Medicinæ præparatio è ſermone initium ſuum verumque experimentum petit, quod ſua cum experientiâ atteſtari debet, demum fundamentum ſuper duriſſimis petris locatum per artem manuariam, iſtud verò ſuper vagâ arundine nudâq; arenâ idcircò fixum atque immotum manibus naturæ elaboratum meritò nudis ſermonibus è fluxâ & phantaſticâ ſpeculatione promanantibus præfertur, cum opus ſemper commendet artificem.

Jam quidem non loquar more meo Poëtico ſeu iſto modo, cui ſtylum meum accommodavi, quomodo de mirâ ſeptem Planetarum generatione in occultà Philoſophiâ meâ tractatum in lucem edidi, neque hic Magicâ ſeu cabaliſticâ arte quâdam utor, multò minus obſervo Methodum eorum, qui occul-

tas & ſupernaturales artes didicerunt & ſtudiô obſervârunt, uti eſt Hydromantia, Aeromantia, Geomantia, Pyromantia, Necromantia & ſimiles artes, ſed ſcopus meus eò tendit, ut naturæ arcana retegam, quæ omnes artis cultores filiiq; ſapientiæ per benedictionem Dei, gratiam atq; indultum comprehendere, obſervare, multaq; exinde fructuoſa præſtare poſſent, quod in duabus partibus Metallorum generationem in macro & microcoſmo concernit, quicquid item vera Medicina, Metallorum & Mineralium formæ in viſceribus ſuis contineant, quæ per diſſulutionem innoteſcunt, ut principium eorum in tribus diverſis rebus eluceſcat. Tunc natura detegitur, ut verenda veſtibus ſuis nudata omnem occultam virtutem & operationem in commodum humanæ valetudinis depromant. Perſecutores mei & imperiti Medici inquient jam, multa de anſeribus profers, cùm anates ignorem, quis ſibi perſuadebit, vera eſſe omnia, qvæcunq; his continentur ſcriptis, meis adhæreſco rebus, quas expertus ſum omnesq; mei ſodales ac Medici ſeqvuntur, ita falli non poſſum, certus me non indigere laboris nova addiſcendi. Hoc qui ſibi propoſuit, præter anates anſeres aſſos non accipiet, neq; naturæ arcana perdiſcet.

Hoc autem reverà fateor, utorq; teſte SS. Trinitate cum diſpendio ſpiritualis gemmæ nobiliſſimæ aſſerens, omnia qvæcunq; ſcripſi & qvæcunq; jam hîc ſcribo, vera eſſe, optimeq; cum veritate conſpirare. Qvod verò qvivis intelligens & qvivis homo vulgaris, potiſſimùm qui hæc arcana odio inſectantur, omnia ſcripta mea minus clarè atq; dilucidè percepturi ſint, certè extra omnem culpam habeo, tu

divi-

divinam exambi gratiam & abblandire perſecutorum veniam, citra tædium labora, & lege adhibitâ ratione, ſic nullum tibi occluſum erit myſterium tuumq; ſcrutinium feliciter ſuccedet. Ac præterea hortor, ut inventor doni hujus diviniſſimi creatori præſertim ſine intermiſſione noctesq; diesq; gratias agat, omni adhibitâ reverentiâ, piaqve obedientiâ, ex imo cordis ſui, cùm ſufficiens gratiarum actio à nullâ creatura ſperanda ſit, quæ beneficia hæc compenſare poſſit, idcirco ſtudium per veram ſedulitatem, quoad ejus fieri poteſt, cognoſcendum eſt. Implevi partes meas, qvantum & coram Deo & coram hominibus excuſare poſſum, quod enim viderunt oculi mei manusq; meæ contrectarunt, meaqve ratio infallibiliter comprehendit, id nemo mihi in hâc vita eripiet, præter mortem, quæ res omnes ſejungit.

Hæc mea vox nalla quidem fuit obſtricta neceſſitate hæc divulgandi, ſed qvæ ſcripſi, absqve temeritate, absq; omni qvoq; gloriolâ unicè Chriſti mandatum reſpiciunt, ne Majeſtas ipſius atq; benignitas in æternis ac temporalibus rebus ſilentio conſeneſcat, ſed cum laude & gloriâ ſempiterni nominis ſui extendatur, ut Altiſſimus ob omnipotentiam ſuam, per magnorum miraculorum confirmationem honore mactetur, cognoſcatur, extollatur ac manifeſtetur. Deinde Chriſtiana quoq; charitas proximi invitavit me ad benefaciendum hominibus æqvè ac mihi, meisq; inimicis, ut inde candentes carbones capitibus ſuis colligant, tandem quoq; ut omnes adverſarii mei cognoſcere poſſint, quæ alii ante me comiſerint errata, qvæqve in naturæ arcanis pro veritate venditaverint, condemnatiſſimus ego

an juſtiſſimi illi judicandi ſint. Accedit, quod injurium eſſet, ſi ſumma iſta myſteria tenebris obumbrarentur & redundantibus æquis ſuffocarentur, ſed vero ac genuino luminis ſplendore è lacubus & paludibus idioticæ gregis liberata ac per diſſeminationem veri teſtimonii multis gauderent teſtibus, qui veritatem ſcriptorum meorum ſequerentur. In imperio meo aſſignantur mihi è duodecim ſignis cœleſtibus ſagittarius ac piſcis, è piſce prognatus ſum, quia in aquâ anteâ extiti. Sagittarius verò telum cordi meo admovit, ut aquoſitatem meam perdiderim, dignus beneficio caloris terrâ ſiccâ, & quamvis terra initio molliſſimæ fuerit ſubſtantiæ, percipies tamen, per exiccatum aërem calidum aquam abſcorptam eſſe, ut omnis liquida terræ materia evanuerit ac per exiccationem ejusmodi duritie digna conſtituta ſit.

Unde tu diſcipule ac intelligens ſtudio obſervare debes, ſtannum omnibus quatuor Elementis, exemplo reliquorum præcipuorum Planetarum ſubjacere, quæ Elementa centrum ſuum deſuper petiere & cum cæteris generavere.

In fine autem edoceo, ut Jovi benigno ſalem ſuum extrahas faciasq́;, ut Saturnus cum eo probè fluat, ſic Saturnus fixum ſibi acquirit corpus, purgat ſe, evaditque clarus beneficio illius, ac omnimoda transmutatio eſt veri plumbi in optimum ſtannum, prout id indubiis experimentis probari poteſt. Quamvis verò à veritate alienâ tibi hæc videantur, obſervabis tamen, quoniam Sol Jovis beneficio ſulphuris ſui magis de corpore participet, ſe quoq; pari efficacia ac vi penetrandi Saturnum poſitum eſſe, ut

&

& virtutem ſequiora & volatiliora Metalla in emendationem ad ſui ſimile redigendi accepiſſe, velut ipſa te docebit veritas.

Caput nonum.
De Spiritu Saturni ſeu Tincturâ plumbi.

SAturnus ad generandum ſua Metalla, plumbum videlicet in ſuperiori cœlo conſtitutus eſt ſupra omnes ſtellas. In regione a. infimâ terræ imum ac ſimpliciſſimum continet gradum, ſimiliter quemadmodum ſuprema lux Saturni in regionem altiſſimam omnium cœleſtium luminarium evolavit, ita quoq; naturæ indultu filii ipſi congeneres ad imam regionem (moto Saturno) fugere compulſi ſunt, lumen n. ſuperius ejus rei cauſſa progeneravit Saturni corpus infixum apertis poris pervium & recluſum, ut aër ejusmodi corpus Saturni permeare ac in ſublime tollere, igne tamen, quia corpus ejusmodi ob infixitatem ſuam compactum non eſt, cito corripi queat atque diſſolvi, id quod ab eo, qui omnium rerum expetit ſcrutinium omnimodè obſervandum eſt, quoniam maximum datur diſcrimen inter corpora fixa & infixa eorundemque cauſas. Et quanquam Saturnus omnibus præponderatur Metallis, obſerves tamen, ſic factâ perfluxum conjunctione effundatur, ſemper cætera Metalla ad imum ſecedunt, veluti quoque in transfuſione Antimonii fieri ſolet, unde apparet, reliqua Metalla æqualiter transmitti & compactiora eſſe, quàm Saturnus poſſit efficere cum

hic

his cæteris omnibus Metallis cedere cogatur, locum relinquere & victoriam afferre poſſit, quandoquidem cum infixis Metallis in ſimul evaneſcere & conſici oporteat, omnes enim tres qualitates craſſiſſimæ trium principiorum in eo extant, & quia ſal ipſius fluidum eſt prorſus præ cæteris omnibus Metallis atq; Planetis, corpus quoq; ejusdem liquidius, infixius ac volatilius exiſtit præ omnibus Metallicis corporibus. Quomodo Saturnus ad ſuam regenerationem ſeſe vertat, ita habeto, quemadmodum vulgaris aqua frigore naturali per ſuperioris cœli mutationem in glaciem coagulatam cogitur, ita quoq; probatur, ob magnum Saturni frigus, quod in ſuo ſale præ aliis ſalbius deprehendimus, Saturnum quoq; coagulatum & corporeum evaſiſſe, aqua glacialis reſolvitur per calorem, uti & coagulatus Saturnus beneficio ſpiritualis ignis fluidus evadit. Mercurii maxima portio ipſi ineſt, infixa tamen & volatilis, ſulphuris portio minima, ideo ob minimam qvoque quantitatem frigidum corpus ipſius nullum fovere poteſt calorem, ſalis item minima portio, fluida tamen alioqui ferrum fluidus & mollius eſſet plumbo, ſi ſal mollitiem cum liquore ſolum conciliare poſſet, quia ferrum uberiori ſale præ omnibus Metallis gaudet, cum igitur hic diſcrimen appareat, notabis quoque & obſervabis, quomodo Metalla diſcriminanda ſint.

Omnes quidem Philoſophi tradiderunt mecum, ſal exhibere coagulationem corpusq; cujusvis Metalli, verum hoc eſt, exemplo tamen probandum qua ratione indicium hoc conſtet, nim. quia Alumen plumoſum purum putum ſal eſſe judicatur atq; probatur,

batur, adeoq; ferro æquiparandum, quod tamen ſal aluminis plumoſi ceu materia quædam ac minus fluida veluti ferrum deprehenditur. E contra & vitriolum tanquam ſal in minimâ quantitate exhibetur, fluidum tamen & apertum, unde & ſal ipſius duram ejusmodi coagulationem præbere non poteſt aſſignato ſuo metallo, ceu alterum, etiamſi omnia Metallorum ſalia è certâ quâdam radice ſint, nihilominus tamen diſcrimen ſuorum 3. principiorum obſervandum eſt, ſicuti & jure debet, quemadmodum in aliis etq; aliis herbis, in homine item præ aliis animantib⁹, quoad qualitatum originem triaq; illa principia diſcrimen deprehenditur, ubi una herba magis hoc & altera alio potius genere prædita eſt, exemplo hominum & animalium, eandem nobis rationem ſuppeditantium, animæ item plumbi dulciſſimæ item proprietatis, animæ ſtanni adeò dulcis, ut nulla ferè res ipſi æquiparanda ſit, ubi priusquam puriſſimè beneficio ſperationis purgata eſt, puro ab impuro probè ſeparato, quo in operatione pleniſſima perfectio ſeparanda ſit. Cæterum Spiritus plumbi naturâ frigidus & ſiccus eſt, hinc diſſuadeo viris atq; mulieribus nimium ipſius uſum, frigefacit enim naturam humanam quo minus utriusq; ſemen naturalem operationem expedire poſſit, nec lieni ac veſicæ admodum confert, alias verò phlegmaticam illuviem allicit, quæ hominibus non exiguam parit Melancholiam, ſiquidem regnans Saturnus tantus eſt Melancholicus, qui hominis auget Melancholiam, Spiritus proinde ipſius aſſumptus tanquam unus alterum Melancholicum ad ſe invitat, unde corpus humanum ab infuſa Melancholia ſua liberatur. Forinſecus

ſecus anima Saturni ita ſalutaris eſt in omnibus ulceribus, ſive recentioribus ſive vetuſtioribus, punctim aut cæſim inflictis, ut nullum ferè metallum par ipſi eſſe potuerit, eſtque refrigerio omnibus fervidis ac tumidis membris, in extrahendo autem ponendoq; fundamento omnis curationis in omnibus deſperatis ulceribus ab intra originem ducentibus nobiliſſima Venus primas tenet, quia ſiccæ eſt qualitatis ad extergendum. Saturnus enim è contra frigidæ.

Lumen ſolis cœleſte multò calidius eſt lumine lunæ, quoniam luna longè minor ſole octavam magnitudinis partem in circulo ſuo continet, ratione menſuræ ac diviſionis. Jam ſi luna in hâc magnitudine octavæ partis ſolem poſſet ſuperare, veluti ſol lunam, neceſſariò omnes terræ fruges perirent, continuaque hyems nec ulla æſtas ſperanda foret. Sed æternus hic creator ordinem certum, certam quoque legem creaturis ſuis optimè præſcripſit, ut ſol interdiu, lunaque nocte ſplendorem ſuum ſpargat, adeoq; omnibus creaturis inſerviat. Liberi, Saturni influentiæ addicti, Melancholici ſunt, moroſi ſemperque murmurantes, more ſeniorum avarorum genium ſuum defraudantium, nunquam ſaturorum corpora ſua multis laboribus frangentium, vanis cogitationibus indulgentium nec unquam hilari conſortio delectantium, omnes venuſtarum fœminarum amores averſantium.

Ac breviter dico, Saturnum è pauco ſulphure prognatum eſſe, pauco ſale, multoque immaturo & crudo Mercurio, qui loco ſpumæ cenſendus eſt, in aquâ ſupernatantis adverſùs Mercurium, qui in ſole exiſtit calidioremque obtinet gradum; hinc quoque

Mer-

Mercurius obingens Saturni frigus non tàm vivida ac vegetâ mobili gaudet vitâ. quam ille, qui ex auro præparatur, quia largiori ſtipatus eſt calore, unde mobilis vita originem ſuam accepit. Proinde & in mundo inferiori Vulcani ratio habenda eſt, in augmentatione Metallorum ac transmutatione, prout hæc tria principia Saturni deſcripſi ab ortu, genere atq; complexione. Ac quivis ſciet, nullam ullius Metalli transmutationem ſperandam eſſe ob maximum ipſius frigus, ſoli Mercurio vulgi coagulando reſervatum, quoniam frigidum plumbi ſulphur calidum vagum ſpiritum hydrargyri coërcere ac tollere poteſt, proceſſu rectè inſtituto, ut obſervetur Methodus, quò theoria Practicæ reſpondeat, inq; certâ menſura & concordantiâ conveniat. Quare Saturnum non planè rejicies, neq; per ludibrium relinques, cum natura ipſius & virtus paucis etiamnum conſtet, lapis enim Philoſophorum ortum ſuum primum coloris ſui nitidiſſimi ex hoc Metallo trahit & ex influxu hujus Planetæ clavis ipſi traditur fixitatis perputrefactionem, quia è flavo rubeus color produci nequit, niſi prius è nigro albus color genitus fuerit. Varia quidem & prolixiora agenda adhuc eſſent de miraculis quamplurimis rerum naturalium & ſupernaturalium, quoniam verò alius me interpellat labor, quò minus prolixior eſſe poſſim, concludo jam tractatum hunc, cæteris Mineralium arcanis ſequeſtratis usq; ad peculiarem libellum de Antimonio, Victriolo, ſulphure, magnete iisq; quæ præ aliis donata ſunt & affinia illis, unde aurum & argentum principium ſuum, medium ac finem cum verâ transmutatione ſortiuntur, particulari modo,

quæ

quæ virtutes, vires & facultates ſuas ex unâ re petiêre, ubi horum omnium inviſibiles generationes latent cum omnibus Metallis, quæ materia liquidò conſtat omnibus hominibus, quoniam verò virtus maximâ ex parte incognita facultatem & virtutem ſuam profundè abſcondidit, materia qvoqve ejusmodi vana atq;inepta exignorantia judicabitur, donec Diſcipulis Domini, versùs Emaus euntibus, oculi aperiantur, ut è fractione panis ipſis innoteſcant miracula, quæ largiſſimus creator viliſſimis creaturis concredidit, Nomen eſt Hermes, cujus inſigne ſerpens eſt volatilis, uxoris loco, qvæ dicitur Aphrodita, omnium χαρδιογνώϛης, & tamen vna eademq; res eſt, perquam trita & cognita omnibus terræ oris unusquisq; eam prehendit manibus rebusqve deſtinat vilioribus, leviora & titivillitio vix digna præfert rebus maximi momenti, nilqve eſt aliud, qvàm aqva & ignis, unde terra aëris concurſu procreata etiamnum conſervatur. Altiſſimo grates offero pro beneficiis ſuis ſufficiantq́; hæc, quæ adaperienda in hocce tractatu ſuſcepi, pedem hinc movens, â diſceſſu conſtabunt omnia.

FINIS.

Google

Digitized by Google

Digitized by Google

[illegible] Google

BI